68
2 H C
20

12.

K.9.



[illegible] vulgus [illegible] approbaw[illegible]
folio 76 [illegible] p 30
1507 fr.

Ex Dono M. Petri Blaiſe Typographi Jurati Almæ Vniverſitatis Pariſienſis
Jo. Bonnot · an. 1652 ·

Ex dono Petri Blaise Typographi almæ universitatis Parisiens juratí.
Ph. Bouvot. an. 1652.

+ i

Censura Bibliorum Roberti Stephani per facult. Theologicam Parisiensem facta 1548.

Anno Dni 1548 die 15a mensis Maij sacra Theologiae facultas Parisiensis post sacrosanctae de Spiritu Sancto Missae celebrationem apud S. Mathurinum sacramento fidei conuocata, tabellinis et animaduersionibus erroribus contentis in Bibliis Roberti Stephani excusis, annis 1528. 1532. 1534. 1540. 1545 et 1546. necnon in nouis Testamentis per eundem impressis, annis Dni 1541. 1543. 1545. ac etiam in psalterio seu libro psalmorum cum annotationibus et Hebraeorum commentarijs excuso, denique et indicibus editis annis 1528. 1532. ac 1540 et 1546. communi omnium doctorum calculo censuit praedicta Biblia, noua Testamenta, psalterium seu librum psalmorum cum annotationibus et Hebraeorum commentarijs et indicibus dictorum Bibliorum, iuxta designatum cuiuslibet temporis annum, ob errores et haereses in eis contentos suppressione digna, atque in communem librorum reprobatorum catalogum reponenda.

Extracta ex monumentis praefatae facultatis Theologiae Parisiensis per me infrascriptum [illegible] et actuarium eiusdem anno Dni millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo die 18a Junii.

N. Bonnot

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

I 4.c

AD CENSVRAS THEOlogorum Pariſienſium, quibus Biblia à Roberto Stephano typographo Regio excuſa calumnioſè notarunt, eiuſdem Roberti Stephani reſponſio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Oliua Roberti Stephani.

M. D. LII.

Diſpice Lector, & palàm videbis Theologos Pariſiēſes non aliò ſpectare quàm vt oues Chriſti ab ipſo Paſtore abducant: eóſque vnica lucri cauſa Euangelio aduerſari: ſunt enim ſanguiſugæ, quæ dicunt, Affer, affer. quidlibet alioqui credituri ſi vetus lucrum perierit, ac noua ſpes aliundę affulgeat. Videbis præterea qua doctrina armati, Chriſtianos incendiis quotidie tradant.

LECTORIBVS IESVM CHRIſtum ſaluatorem in veritate quærentibus, Robertus Stephanus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

NOn ignoraui hactenus quantum inuidiæ paßim apud multos bonos viros meus è Gallia diſceſſus ſuſtineret. Imò antequã migrarem, hoc mihi ſæpe in mentem venit, paßim à pleriſque factum meum damnatũ iri: non ſolùm quòd deſerta patria aliò conceßiſſem, ſed quia ſolum vertiſſem cum publici boni iactura, & erga Regẽ, à quo tã liberaliter fuerã tractatus, parum gratus fuiſſem. Nam mihi valde honorificum erat, quòd me Rex typographũ ſuum conſtituere dignatus, ſemper præſidio ſuo texit cõtra omnes inuidos ac maleuolos, nec ceſſauit modis omnibus benignè iuuare. Quia autẽ literarum ſtudijs vtilem operã per multos annos nauaui, curſum illum temerè, & ſine maxima neceßitate abrumpi nõ decuit. Accidit tandem quod timuerã: ſparſi ſunt varij de me ſermones: vix decimus quiſque fuit qui non odioſum de me iudicium faceret. Silui tamen interea: quia malebam falſa infamia me ad tempus grauari,

quàm nimis ſolicito tuendæ meæ innocētiæ ſtudio mouere aliquas turbas. Neque verò nunc *ad ſcribendum fuiſſem inductus, ſi tantum cum improbis & prauis illis hominibus mihi negotium foret, qui præſentem antehac furioſe perſecuti, nūc abſentem indignis calumnijs lacerant: ſed habēda piorū hominum ratio, quibus ego facile ignoſco, quòd ſiniſtrè de me iudicauerint, modo iuſtam ſatiſfactionem placidis animis & æquis auribus nunc admittant.*

Principio, *hoc de animi mei ſenſu præfari cogor, quoties memoria repeto, quale mihi annis circiter uiginti cū* Sorbona *bellū fuerit, nō poſſum ſatis mirari quomodo caduco homuncioni robur ſuffecerit.* Quoties *autē liberationis meæ recordor, vox illa, qua celebratur in* Pſalmo *redēptio* Eccleſiæ Dei, *in corde meo perſonat,*

Pſal.126.a.1. Q*uum reduceret* Dominus *captiuitatem* Sion, *fuimus tanquam ſomniantes.* Venit *in mentem & illud de* Petri *ereptione è manibus* Herodis

Act.12.b.9. *ſcriptum à* Luca, *Et exiens è carcere, ſequebatur angelum: & neſciebat quod fiebat per angelum, ſed putabat ſe viſum videre.* T*andē vero ad me reuerſus, cū* Petro *dico,* Iam *ſcio ve-*

rè quòd miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit me è manu ſynagogæ iſtius Phariſaicæ, & omni expectatione plebis à Sorbona edoctæ. Quoties enim quum me viderent ſurſum deorſum exagitari, de me per plateas & in compotationibus, cum plauſu iactatum eſt. Actum eſt de illo, irretitus eſt, illaqueatus eſt à Theologis, elabi non poteſt: etiam Rex ſi eripere velit, non poteſt. Hoc profectò verè affirmare poſſumus cum Dauide, Niſi quòd Dominus erat in nobis, Pſal.124.
niſi quòd Dominus erat in nobis, Quum inſurgerent homines in nos, tunc viuos deglutiſſent nos. Quum iraſceretur furor eorum in nos, tūc aquæ inundaſſent nos, torrens tranſiſſet ſuper animam noſtram: tunc tranſiſſet ſuper animam noſtram aqua ſuperba. Benedictus igitur Dominus, qui non dedit nos prædam dentibus eorum: Anima noſtra ſicut auis euaſit de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos euaſimus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Nam quòd locus in quem me recepi, apud imperitos vel improbos minus bene audit, quum id partim errore fiat, partim malitia, ſúſque déque ferendū eſt. Qua-

leſcunque ſpargantur calumniæ, ſuſtulit me Dominus è profundiſsimis regni Satanæ tenebris, & deduxit in Eccleſiam ſuam, in qua lux illa, lux inquam vnica æternæ ſalutis & vitæ lucet, illuminãs tenebras omnes: & in paſcuum verè ſalutare, vbi me cum grege ſuo paſceret. Denſiores, obſecro, tenebras AEgyptiacas credat quis, tenebris illis quibus obſcurant hominũ mentes, adeóque faſcinãt boni illi Theologi, quum à Chriſto ſaluatore vnico animas eorum abducunt, arcentes à verbo Euangelii: cuius loco tenebras ſomniorum ſuorum offundunt? ſimiles prorſus Scribis illis & Phariſæis qui populum Iudaicum fallaciis ſuis perdiderũt. Vbi autẽ maior lux quàm in Eccleſia Chriſti, in qua non ſomnia hominum & commẽta, ſed purum & ſyncerum Dei verbum in dies adminiſtratur, quod impietates & peccata hominum detegens, errantes & vagos in viam reducit, ſalutem in vno Chriſto Redemptore à Patre ordinatam ante tempora ſecularia, proponit, & in vitæ æternæ certiſsimam ſpem adducit & confirmat: vbi etiam pura & genuina accedit ſacramẽtorũ adminiſtratio, iuxta vſum

à Magiſtro ipſo præſcriptum? Quibus notis agnoſcitur vera Eccleſia. Qua in re mihi pleno ore, vt aiũt, celebrãda eſt Dei bonitas, qui tam mirabiliter ex rabioſis & famelicis luporũ faucibus me eripuit. Neque id modò: ſed (Dauidẽ imitatus, qui ſæpius gratijs actis de ereptione ſua, quales inimici ſui fuerint, ſolet oſtendere) operæpretium mihi facturus videor, ſi pedicas, tendiculas, & laqueos hoſtium, quibus me implicare ſtatim à principio renaſcentis Euangelii Chriſti conati ſunt, omnibus proferã: ſimúlque inſidias detegam quas piis, & Chriſtum ſaluatorem ſequentibus ſtruere non deſinunt. Ac primùm, quid feceram, quæ erat iniquitas mea, & quod peccatũ meum coram illis, vt me perſequerẽtur ad ignes vſque, dum vis flammæ ab illis excitata, arderet in vrbe noſtra, anno M.D.XXXII, niſi quòd Biblia maiori volumine, in quibus fides & diligentia mea bonis omnibus & literatis nota eſt, imprimere auſus fuerã: ídque tũ permiſſu, tum conſilio ſeniorum Collegij ipſorũ? Cuius rei locuples teſtimoniũ reddebat priuilegiũ Regis, quod certe nunquã impetraſſem, niſi palàm factum eſſet, primarijs

Rabinis ita placere. Illi tamẽ occaſionem nacti, ad capitale ſupplicium me poſtulabãt: ſuo more impotenter clamitãtes, me Biblia corrupiſſe. Et de me actũ erat, niſi ego à Domino adiutus, quorum authoritate factum fuiſſet, in tempore monſtraſſem. Taceo quod iam ab illis tentatum fuerat anno M. D. X X I I, quũ à vitrico meo Simone Colineo impreſſũ fuiſſet minore formã Nouũ teſtamẽtum, emendatum ſanè, elegantique charactere excuſum (res noua prorſus temporum malignitate, libros ſacros tũc poſſe correctos reperiri) quia tunc eius typographiæ præeram, quas in me tragœdias excitarũt? Tũc quoque mox ad ignem rapiẽdum eſſe vociferabãtur, qui huiuſmodi libros ſacros tam corruptos imprimerẽ. Nam corruptionem prædicabant quicquid à fæce inſcitiæ vulgaris, cui aſſueuerant, repurgatũ erat. Atque ego tũc facti mei quam oportuit rationem, reddidi. Etſi autẽ in publicis lectionibus magiſtraliter illũ adoleſcẽtẽ, à quo prodierat talis emẽdatio, acriter increpabant, ſuæ tamen ignorantiæ optimi ſibi teſtes, aperto marte, indoctum licet, nunquam auſi ſunt aggredi: eundem quoque timidũ, ſed

à quo (timore Dei concuſsi) plus ſibi timebant, quàm illi poterāt formidinis incutere. Eo tempore *(verè hoc prædicare licet) quū eos interrogarem quo loco* Noui *teſtamēti aliquid eſſet ſcriptū, ſine fronte, velut meretrices, apud* Hieronymum *quidem, aut in* Decretis *illud ſe legiſſe reſpondebant: quid verò* Nouum *teſtamentum eſſet, ignorare: ignari ſcilicet à tergo* Veteris *teſtamenti,* Nouū *imprimi ſolere.* Prodigioſum *fere erit quod dicam, veriſsimum tamen eſt, ac pluſquam comprobatū: ante paucos annos quēdam eiuſdē Collegij quotidie ſic loqui ſolitum,* Miror *quòd iſti iuuenes allegāt nobis* Nouum *teſtamentum: per diem ego habebam plus quàm quinquaginta annos quòd neſciebam quid eſſet* Nouum *teſtamentum.* O *cæcitatem, ſimúlque deſperatam impudentiam. Compreſsis poſtea eorum furoribus, vel ſaltem placata tam ingēti rabie, quòd pollicitus eſſem me nihil poſtea, niſi cum bona eorum gratia facturum: elapſis annis ſeptē,* M. D. X L, *Biblia rurſum excudo, in quibus multa ex vetuſto codice repono: verā lectionē* Hebræis *codicibus congruentem ad margines notans, nomine codicis ſcripti ad-*

iecto. Sed & hic rurſus nouæ flammæ: impotenter bacchantur probi iſti cenſores contra totum librũ, in quo ne minimum quidem erat vel leui reprehenſione dignum, imò quod carpere ipſi poſſent: niſi forte in ſummarijs, quæ vocant, quæ redolere hæreſim in ſuis cenſuris dicunt. Pergo nihilominus, & quod illis temporibus dederat Dominus in corde, profero quãtum per eos licuit, atrocibus tamen eorum minis nonnihil (fateor) territus. Decem præcepta iã antea impreſſa, denuo imprimimus, & quam vocant, Scripturæ ſummã: vtraque ſingulis folijs, maiori charactere ſatis venuſto, quæ parietibus poſſent affigi. Pro his quas mihi moleſtias exhibuerint, quis non nouit? quandiu pro his abeſſe me domo oportuit? quandiu aulam Regis ſecutus ſum? à quo tandem diploma ad cohibendam eorum intemperiem obtinui: quo iubebar illa Latinè & Gallicè imprimere. Quoties me in ſynagogam ſuam euocarunt eorum cauſa, clamantes peiorem illic doctrinam contineri, quàm Lutherus vnquam protuliſſet? Eò tamen per me Dominus rem deduxit, vt probarentur plus quindecim non poſtremis Collegij

magiſtris, qui palàm ſigillis ſuis comprobarũt, quæ tota caterua improbauerat. T*andẽ quum ſeniorum illorum ſigilla conſpicerent, regiúmque priuilegium, vel pudore fracti, vel quia ſe fruſtra conari & niti cernebant, deputatorum ſuorum calculo approbari paßi ſunt in ædibus bidelli ſui.* Solent *enim ad ſubleuandam* Facul*tatẽ, vt dicunt, quæ non facilè congregatur tam copioſa, (creſcit enim in dies fucorũ numerus) deputatos creare: & vt pecuniæ parcatur quæ ſingulis congregatis diſtribuẽda foret: tum verò maxime ne adſint ij, quos probè norunt approbaturos quod damnatum volunt.* I*urant autem deputati ſe arcana celaturos, ne qua interceßio moram afferat.* I*ta fit vt decreta quantũuis iniuſta & barbara, à grege rerũ inſcio nulla difficultate comprobentur: adde quòd multi reluctãte licet cõſciẽtia, ne ſynagoga priuẽtur, ſubſcribere non dubitant.* I*lli, illi inquã, deputati ſententiam pro ſua libidine impunè ferunt contra innocentes, ignibus adiudicãt, iudicibus deferunt ſententiã ſuã, nomine tamẽ* Faculta*tis: cuius authoritate iudices contenti, nõ vltrà inquirunt.* I*ta innoxij & pij homines belluino*

paucorum præiudicio oppreſſi, ad incendiũ trahuntur. Viua ſcilicet Phariſaicæ illius licentiæ & dominationis effigies, quam Euangelica *hiſtoria nobis refert. Quis enim neſcit* Pilatum, *inuita licet conſcientia, adiudicaſſe Chriſtũ regem cruci, dum Scribarũ & pontificum ferocia fractus, eorum impetu ſe rapi ſinit? Vnum omiſi quod memoratu in primis dignum eſt, eadem illa, quæ tantopere in me damnabant probi Cẽſores, eorum iuſſu à* Iohanne Andrea *impreſſa tunc fuiſſe, homine non minus imperito quàm ſcelerato & impio: qui illis & proditionũ omnium miniſter, & in ſtruendis calumniis optimum flabellum, & in exercenda ſæuitia carnifex acerrimus: quémque aliquando in conſilium interius adhibere, ipſos non puduit: impreſſa inquam, ſed cum præceptis* Eccleſiæ, *& fœdata corruptáque ab* Odoardo, *qui ex duobus primis* Domini *præceptis vnum fecit, auferens eam quæ de imaginibus fingendis & colẽdis illic habetur expreſſa prohibitio: & poſtremũ in duo membra lacerauit potiùs, quàm diuiſit, vt numerum denarium ſuppleret.*

Interea, quòd illis eſſem ſuſpectus de hæreſi

(vt loquũtur) quoties domũ meã ſcrutati ſunt iudices ipſorũ impulſu, ſiqui forte libri ſuſpecti poſſent reperiri? Acceſſit ad hæc, circiter annũ M. D. X L I, Noui teſtamenti editio cum breuiſſimis annotationibus ad marginem à me ſimul excuſis, quas proculdubio à viris doctiſſimis acceperã: ac principio quidem, non placidè modò, ſed etiã læto plauſu ab illis exceptus eſt liber. & ſane non ignoro quantum eos iuuerit. Paulo pòſt ex ipſis quidam ne nomini quidem parcentes, impudẽter pro ſuggeſtu clamãt, annotationes me ediDiſſe valde periculoſas, quòd locos de Purgatorio & Cõfeſſione aliter interpretarer quàm ſolerent: aſtutum me & callidũ qui prætextu vtilitatis publicæ, diſſeminarem hæretica. Murmur ſuboritur quod ſtatim in ſolitos clamores erumpit, vt aliquandiu tertia iam vice latere cogerer. Collecto tãdem animo quũ tempeſtas illa paululũ ſedata foret, denuò eaſdẽ excudo, mutatis pauculis & multis additis, quorundam ſectæ eorum conſilio. Mox obſtrepũt Gagneius, Picartus, Guiãcurtius, ſacri ordinis primores. Vt autem ad poſtremum fabulæ actũ veniamus, in quo oſtendã quàm re-

belles ſemper fuerint Regi, *eiúſque imperijs ac edictis: vt lectionum* Hebraicarũ, *quas publicè* Rex Frãciſcus Valeſius *inſtituerat, fructus ad plures manaret, nec tantũ ad noſtræ nationis homines, ſed etiã ad exteros: ego magno labore, ſũmis vigilijs, ſingulari attẽtione animi, quæ ex* Franciſco Vatablo, *homine in* Hebraicis *literis peritiſsimo, profeſſore* Regio, *exceperãt auditores docti, colligo in vnum volumen, adiecta noua* Bibliorum *tralatione eregione veteris.* Opus hoc, anno M.D.X L V *abſolutum fuit.* Quod *ſtatim doctiſſimis quibuſque* Synagogæ *communico: rogo, ſiquid videatur minus aptè collectum, de hoc admonear: me ſiquid vſquam peccatum ſit, ſarciturum polliceor.* Remittunt: *ſalua omnia eſſe aiũt, quòd non ſtatim mali quid ex* Vatabli *lectionibus publicè ſuboriturũ crederẽt.* Sũmè *mihi plaudebã, poſſe ipſis nõ repugnãtibus aliquẽ ex mea opera fructũ peruenire ad* Sacrarũ *literarum ſtudioſos.* Satan *vbi videt ex lectione annotationũ illarũ, fictas & inſulſas interpretationes concidere: multos ex ſuo illo ſatellitio aduerſum me commouet: dictitantes non oportere vltrà diſtrahi* Biblia *iſta cum an-*

notationibus: periculum eſſe ne maieſtas ſacræ Facultatis, *quæ tota ſcilicet erronea poſſeſſione conſtat, deſtrueretur. Clàm à nonnullis minus improbis admoneor vt mihi caueam & proſpiciam.* Rumor *maximus inter venerandi ordinis homines, me impreſſiſſe ſine permiſſu* Facultatis, *cui me ſubijci oporteret, quãtumuis impreſſor* Regius *eſſem.* Prius *quàm cominus certandũ capitis mei periculo eſſet, profectus in aulam regis* Franciſci, *vt principijs obſtarem, poſt oblatum ipſi* Regi Euſebij *volumen Græcũ, circiter* M. D. X L V I *(quo tempore &* Pſalterium *à nobis excuſum eſt cum annotationibus) admoneo* Petrum Caſtellanum, *tunc* Matiſconenſem *epiſcopum, neſcio quid* Theologos *inſuſurrare aduerſum me, futurũ vt breui perſuadeãt vel* Curiæ, *vel vrbis* Præfecto, *vt vẽditio* Bibliorũ *cum ãnotationibus mihi interdicatur: quædam illic eſſe quæ non placerent ipſis.* Quum *hominem in bona cauſa plus ſatis timidum, viderem quid in hac re cõſilij daret dubitare: dico me libenter impreſſurum ad calcẽ quicquid à* Theologis *vitij deprehenſum eſſet, adiecta cenſura: me non pudere, neque grauatim facturum: vt ſic*

admonerentur lectores, ne incauti impingerent in annotationem quæ Chriſtum non reſiperet. Placuit cōſiliū, etiam Regi: qui mox Caſtellano imperauit vt ſuo nomine ſcriberet Theologis, vt perlegerent Biblia à ſuo impreſſore excuſa cum annotationibus: ſiquid eſſet quod non placeret, ſeorſim annotarent: & iudicij ſui cauſam adſcriberēt ſingulis erratis: omnia mihi traderent poſtea imprimenda quæ vel vnà cum ſingulis reliquis Biblijs, vel etiam ſeorſim venderē. Scribit ad bonos Patres Caſtellanus, Gallicè primùm: ad quē illi omnia ſe facturos quæ Rex iuſſiſſet, reſcripſerūt, vt apparet ex literis quibus Latinè reſpondit, in hæc verba,

Non eſt facile dictu, ornatiſſimi viri, quanta me voluptate affecerunt ea quæ mihi verbis veſtris renūtiauit vir clariſſimus, amiciſſimúſque meus, veſtríque ſtudioſiſſimus, Dominus Cancellarius Gagneius, emendationem videlicet vos ſuſcepiſſe Bibliorum Roberti Stephani: id quod tantopere ab rege Chriſtianiſſimo flagitatum, iampridem receptū à me veſtro nomine, confectum à vobis, dici non

queat quantum optimo cuique, &c. Re*li-qua noſtis.*

T*ametſi verò hoc ſe facturos recepiſſent, nihil tamen effectũ. Quin potius aſtutè interea ſolicitant* T*heologos Louanienſes vt mea Biblia (nam id non audebant) in ſuum catalogum librorum ſuſpectorum & hæreticorum infarcirent: quo tanquam præiudicio, oſtenderent non eſſe opus inſumere laborẽ à* R*ege iniunctum, in opere iam condemnato.* P*roptereà* C*aſtellanus ad eos tertiò in hæc verba reſcripſit,*

Ad literas meas proximas, quas ego Chriſtianiſſimi Regis iuſſu perſcripſerã, quũ ita reſcripſiſſetis vt nihil in cauſa Roberti Stephani, non ad Regis Chriſtianiſſimi æquiſſima poſtulãtis arbitriũ facturi videremini: nihil exiſtimaui nobis præterea illa de re vobiſcũ fore negotii. Quinetiam Rex ipſe hoc ſibi authore me perſuaſerat, emẽdatis & indicis & argumẽtorũ vitiis, circũſcriptis offẽſionibus ãnotationũ, animaduerſis reliquis quibus vlla aut prauitatis, aut incõmodæ ſuſpicionis latebra ineſſet: ita cætera expediri poſſe,

b.i.

vt cũ Regia fide, tum cenſoria veſtra ſubſcriptione, tutò verſari poſſent in publico. Nunc autem temporis ipſius non dicam intermiſſio, ſed lõginquitas in re diiudicãda, & velut quædam intercalatio ſententiarũ veſtrarum, Louanienſiſque cenſuræ Theologicæ interceſſio, nonnullos adduxit in ſuſpicionem hanc, vt metuerẽt ne vetere repudiato conſilio, hoc eſt Regio, noua quadam ratione in re iampridem inueterata, &c. *Valde enim longa eſt epiſtola.*

Quoniam autem volebant catalogum illũ Louanienſium *Theologorum imprimi, admonitus* Rex, *ad ipſos ſtatim ſcripſit* X X V I I *Octobris, his verbis,* 1546.

A ceſte cauſe vous defendons treſexpreſſeemẽt que vous n'ayes a faire imprimer ledict catalogue, mais procediez a la correction des faultes de ladicte Bible le plus promptement, &c.

Vbi videt Caſtellanus nihil profici, neque velle ipſos promiſſioni ſuæ ſatiſfacere, iterum atque iterum hortatur. Tandem coacti, quindecim

locos à ſe animaduerſos miſerũt, quos ipſe vbi cum Gagneio contulit, poſtea remiſit cum epiſtola valde prolixa, in qua caſtigandi rationem tradebat, ad cuius exemplar reliqua emendare ipſi deberent. In *qua quidem epiſtola, multa ſunt, ſcio, de vtilitate annotationum, quæ nõ parum eos vrebant.* Rex *vbi eos duræ ceruicis homines, adeóque indomabilis contumaciæ eſſe ſenſit, qui aduerſus ſe diabolicam ſuam væſaniam ad extremum tueri vellent, ſatis habentes dixiſſe,* H*æreticum eſt, fide penes ipſos manente:* XXVI O*ctobris diploma mittit ſuo ſigillo in cerã impreſſo cõmunitum, quo ſeuerè etiam additis minis præcipit vt in abſolutione cenſurarum pergant, & mihi dent imprimendãs.* N*eglexerunt tamen, imò data opera contempſerunt.* C*um ita* R*egi ſint immorigeri & peruicaces, tranquillum tamen regni ſtatũ fore negant, niſi ſuo more licẽtioſe quiduis audeãt.* R*egis tamen eſt videre, quàm obſequẽtem habiturus ſit populũ talibus magiſtris.* Moritur *interea rex* F*rãciſcus, cui* H*enricus filius ſuccedit, qui anno* M.D.XLVII, XVI A*uguſti, primo regni ſui anno, diploma ad eos miſit*

in hæc verba,

Cõme ainſi ſoit que les maiſtres Doyen & Docteurs de la faculte de Theologie en noſtre vniuerſité de Paris, n'auroyent pas tenu grand cõpte de ce que noſtre feu Seigneur & pere leur auroit mande touchant les Bibles de noſtre imprimeur Robert Eſtienne: & encores moins en auroyent tenu compte depuis le treſpas de noſtredict feu Seigneur & pere: Pource eſt il que nous te mandons Huiſſier, & cõmettons par ces preſentes, que tu faces treſexpres cõmandement de par nous auſdicts maiſtres, Doyen & docteurs, ſur certaines & grandes peines a nous a appliquer, qu'incontinent, & ſans aucune diſcontinuation ils paracheuent de veoir & noter ce qu'ils verront eſtre a noter & reprẽdre eſdictes Bibles, ſoyent grãdes ou petites, ſi faict ne l'õt: & ſi faict eſt, ou incontinẽt qu'il ſera faict, baillent a noſtredict Imprimeur leurs notes & cenſures ou corrections, pour les imprimer en leur nom, & mettre au deuãt ou

derriere deſdictes Bibles, ainſi qu'ils auront aduiſe pour le mieulx. Et en cas de refus ou delay, les adiourner en perſône a certain & competant iour par deuant nous, en noſtre priue conſeil, pour en dire les cauſes, reſpondre a noſtre Procureur a telles demandes, requeſtes, & concluſiôs qu'il vouldra ſur ce, & les deſpendences contre eulx prendre & eſlire, & proceder comme de raiſon.

His literis quũ reſpondiſſent quarto poſtea die, X X I I. Auguſti, daturos ſe mihi cenſuras errorũ & hæreſon collectarum in noſtris Biblijs intra feſtum omniũ Sanctorum, more ſuo Regem fruſtrantur, & ſecurè ad cantharos ridẽt, quaſi nullis promiſſis eſſent obſtricti. Quũ ad præſcriptum diem ego me in aulam contuliſſem, accedũt clã me ex Collegio aliquot, incautum volẽtes opprimere. Pro articulis offerunt libellum ſupplicem quo interdici mihi venditione Bibliorum poſtulabãt, propterea quòd ſacramentarius eſſem, ſcripſiſſemque in illis animas eſſe mortales. Quod certe parum abfuit quin perſuaderent quibuſdam ſua ſponte nimis

ames mortales

credulis: niſi vnus & alter æquiores & ſanioris iudicij poſtulaſſent vt de hoc admonerer, & præſens cauſam dicerem. Hæc vbi audio, & coram Rege ſecretioréque conſilio me ſiſtere paratus ſum ad purgãdas illorum calumnias: iam refugerant Lutetiam. Pergo tamen, & Petro Caſtellano quàm vana ſint & putida quæ obijceret, probo, ſimúlque Regi. Dũ hæc ago, proferuntur aliquot articuli ipſorum nomine cum cenſuris, quas cõtuli cum Biblijs à me impreſſis. Quales fuerint, lectoribus notum fiet ex hoc libello. Qui gerendis eorum negotijs in aula adſunt, quando ab eis reliqua petuntur, reſpondent, nondũ redacta eſſe in ordinem: breui miſſuros. Nugæ. Lutetiã reuertor. Salutor ab amicis tãquam ſacramentarius, & atheos, qui animam ſcripſiſſem mortalẽ. Id vehemẽter inficior. diſſeminatores criminum ex ſcelerato illo cœtu obiurgo, & ab his quæro an nõ pudeat. Affirmant verũ eſſe. Cõtrà nego: precórque vt locũ proferant vnde talem articulum eruiſſent. Prolatũ, omnibus palàm demonſtro, ac euinco Latinè eos non intellexiſſe, qui ex verbis nihil tale ſonãtibus tã impium articulũ fabricaſſent.

verùm adeò nõ pudet eos inſcitiæ, vt potius vltrò glorietur. Et ſanè hãc laudem illis concedo, quòd vbi ratione vincere nõ poſſunt, mẽdaciorum portentis impudenter obruãt innoxios. O Theologos, lupos verius gregẽ Domini perdentes. Reuertor in aulam: efflagito vt cogantur præſentes cauſam dicere aduerſum me, & reliquos articulos proferre. Coacti adueniunt decem, ſi benè memini: inter quos Odoardus orator eorum, Picartus, Goueanus ſenex: reliquorũ nomina nõ ſuccurrũt. Ingreßi ſecretius cõſiliũ multò frequentius ſolito, in quo Cardinales omnes aulici, Epiſcopi, Magiſter equitũ à rege ſecundus, & Cancellarius. Decem illi, omnium nomine, me ſolũ oppugnãt. Iußi, ægerrimè proferũt articulos, aut ſi mauultis, errores: quorũ pars cum cẽſuris, reliqui ſine cẽſuris, informati adhuc, nec (vt aiũt) qualificati. Diſcuſſis pleriſque, multo cũ riſu omniũ, propter tumultuoſas eorũ rixas: quòd inter ſe diſſidẽtes iã ad mutuum & inteſtinum certamen accenſi erãt, iuſſus ſum & ipſe pro me orare in promptu, nihil tale expectans: in qua oratione durior fortaſſe mea obiurgatio decem legatis viſa eſt: ſed tamẽ

ipſa rei veritas à nonnullis eorum grauiſſimũ de vtilitate annotationum noſtrarum teſtimoniũ expreſſit. V*trique auditi, iubemur ſecedere in proximũ & interius aliquod conclaue, in quo videre licebat deſertam ouem cum decem lupis, qui tamen illic concluſi, in pauperculam ouẽ dẽtes ſtringere nõ auderẽt.* R*euocamur, vt iudicũ ſententiam audiamus.* I*nterdicitur illis palàm ne amplius ius illud cenſoriũ ſibi in materia fidei vſurpent, quod* E*piſcoporum erat: ſatis eſſe, ſiquando ab* E*piſcopis adhiberentur in conſilium, dicere quod ſentirent.* E*piſcopis &* C*ardinalibus traduntur articuli, quos iubentur diligẽter examinare: & quæ corrupta eſſe cenſuiſſent, mihi traderẽtur imprimenda ſeorſim vel à tergo* B*ibliorum: vt ſic lectoribus caueretur, iuxta imperium* F*rancisci &* H*enrici* R*egum.* H*æc vbi audierunt* O*ratores, obſcuris ſuſurris fremunt ablatum ſibi eſſe quicquid habebant authoritatis: ſuas tamen queremonias intus muſſitando deuorãt.* F*leuiſſe, vbi erant egreſſi, teſtabantur omnes qui tum aderant: ſed non defuit conſolationis nuntius, qui animos rurſum illis inflaret.* N*àm eorũ patronus ſeor-*

ſum, Pergite, inquit, vt hactenus: non eſt vobis ablata prorſus veſtra authoritas: abſoluite reliquos articulos, cẽſuram veſtram apponite, & afferte. Vana illa cõſolatione, tametſi nõ prorſus vana, recreati, temperant à lachrymis. Lutetiam reuerſi, tanquam re bene geſta, preces ſolennes indicunt venerando ordini, templum Virginis adeunt, vlulant, prædicant, auſcultãte me à tergo cõcionatoris, quod nõ putabãt: futurũ ſperãtes vt de reliquis illis articulis prorſus taceretur. Interea tantum effecerant vt Bibliorum vẽditio cõticeſceret ad tẽpus. Epiſcopi & Cardinales receptos articulos XLVI cõſerũt. Per totã aulã diuulgatur nihil ineſſe mali, præterquã fortaſſe in quinque aut ſex, qui calũniæ obnoxii eſſent: nõ tamẽ carerẽt idonea excuſatione: reliquos tolerabiles eſſe & catholicos. Vbi hæc audio, vrgeo quãtum dat Dominus, vt reliqui mittãtur. Præcipit Rex iterũ atque iterum, etiam pœna adiuncta, vt afferantur. Videte quàm deplorata ſit eorũ peruicacia. Tergiuerſantur quoad poſſunt, reputantes, Si tale de prioribus articulis fuit iudicium Epiſcoporum & Cardinalium (quos tamen tanquam in-

doctos & ignaros rei Theologicæ dictitabāt in ſua ſchola & compotationibus) quid expectabimus de poſterioribus? Machinas igitur omnes adhibent, ſupplicāt, plorant: rurſum pollicētur omnia ſe facturos, modò ne cogātur delicati homines aulam ſequi, quòd ſumptus nimis graues, & moleſtiæ ſubeundæ eſſent aulicorum morū ignaris. Alterū eorū poſtulatū fuit vt reliquos articulos abſolutos, Rex traderet examinādos iudicibus ijs, qui tūc cauſas hæreticorum cognoſcebāt: & ſimul de tota Roberti Stephani cauſa liberū illis iudiciū permitteret. En verò laqueos quibus me induere: vel potius foueam, in quā me intrudere quærebant. Satis enim ſcitur quàm ſæuam carnificinam Lyſetus cum ſua caterua exercuerit. Cū annuiſſet quidam, (à cuius nomine conſultò abſtineo) deſtinor, Rege inſcio, victima. Obſignatæ dantur literæ, quibus cauſa mea deuoluitur ad illos iudices, qui vt ſpōte improbi non eſſent, in eo tamen iniquiſſimi erga me futuri erāt, quòd intrepidè dānabant, quencunque Theologi damnandū pronuntiaſſent. Nota erat nefaria in meam perniciem Collegii totius cōſpiratio & truculentia. Quid igi-

tur expectandum à iudicibus? Ego contrà, tento qua ratione cauſa maneat in ſecretiore conſilio: & hac de cauſa per octo menſes integros ſequor aulam. Tandem Dominus mei miſertus, Regis animũ ad me flexit, eiúſque ſecretius cõſilium mihi reconciliauit, vt ſe quoque nonnulli ad clementiã verterent, quos mihi infenſiſſimos reddiderant boni illi Patres. Apud Seguſianos enim ſub Regis diſceſſum, cum proficiſceretur Taurinum, literas ad eos accipio à Rege, ex ſecretioris conſilij ſententia & decreto, cui interfuerant ſummi ex proceribus, & inter eos nonnulli, quorum fauore multum Sorbona ipſa fidebat, in hæc verba,

Nous vous mandons & ordonnons que ſans auoir eſgard aux lettres dernierement obtenues de nous, pour communiquer vos cenſures aux gens de la chambre eſtablie ſurle faict des hereſies, en noſtre Court de parlemẽt à Paris, vo⁹ ayez à bailler & deliurer prõptement les cẽſures que voirez & cognoiſtrez eſtre requiſes ſur les Bibles & autres liures de theologie par luy imprimez. Et la deſſus de-

creter & ordonner la forme qui ſera tenue en l'execution & accompliſſement deſdictes cenſures. Vuydãt ceſt affaire le plus equitablement que faire ce pourra. En maniere que nous cognoiſſions que y aurez procede ſelon Dieu & raiſon. Et ſur tout ne faillez a nous aduertir incontinent de ce qu'aurez faict en cela.

De hiſdem Iudices in materia fidei, alijs literis admonet, ad finem quarum ſic loquitur,

Vous mandant & ordonnant que vo' n'ayez a entreprendre aucune cognoiſſance dudict affaire, en vertu de noſdictes lettres miſſiues: mais en laiſſiez l'entiere deciſion audict Doyen & docteurs, pour en decerner & ordonner ainſi que verront eſtre a faire ſelon Dieu, verite & raiſon. car tel eſt noſtre plaiſir.

Ex *quo his decipulis & laqueis, miſericordia Domini, ereptus fui: quid non factum eſt vt articulos reciperem ab eis?* Nihil *minus tamen: quia ſcilicet pertinaciter illud animis infixũ habebãt, ne ſiqua elabi arte vel ratione poſſent, reliquos articulos darent: cõdemnarer au-*

tem tanquam impius & hæreticus. Sed quum illis expreſſa foret vltima neceßitas, niſi vellent tanquam rebelles maieſtati Regiæ *damnari: demũ illud reliquũ per manus* Cauponis & Ruffi Lugdunum *mittunt. Vbi quum me nõ reperiſſent, negarunt ſe habere, retulerúntque ad ſuos.* Campo

D*um hæc aguntur, interim ſollicitat ſacra* Facultas *probum virum illum* Guiancurtium, *qui tunc* Regis *erat confeſſor, vt ſtrenue & acriter ad me oppugnandum incumbat.* Nam *cum boni ſodales quædam aduerſus* Lutheranos *decerni poſtularẽt: inter alia (erant autem capita vt opinor, quinque numero) hoc mandabant,* Vide, *ne cogamur dare reliquum articulorũ in* Rob. *Stephanum, ſed potius condemnetur tanquam hæreticus. Quid enim, mechanicum hominẽ viciſſe collegiũ* Theologicum? E*t in fine literarum (quas ego ipſe vidi & legi, & ipſi Guiancurtio diſsimulanti narraui) iterum adſcriptum erat,* Guiancurt

Sur tout voyez que Robert Eſtienne ne vainque.

Quod certè magna diligentia confecit, vt ſuam illis operam vẽditaret, quibus ſuſpectum alioqui ſe nouerat, vt proditor eſt Chriſti perinde

ac ſui ordinis. Nam quũ Rex Taurino reuerſus, quieſceret in colliculo S. Andreæ ferè ſolus antequàm diſcederet Magiſter equitum Burdegalas, cuiuſdam ſuffragatione literas à Rege extorſit, quibus inhiberetur prorſus Bibliorum à me impreſſorum diſtractio: ea tamẽ cõditione vt daturi eſſent articulos, tãdiu tantóque opere expetitos. Quod factũ non prius reſciui, quàm Rex Lugdunũ veniſſet: vbi cũ me ad Illuſtriſſ. principem Cardinalem Guyſianum cõtuliſſem gratias acturus de ea, quam mihi apud Seguſianos præſtiterat, humanitate: quæ poſtea ſecuta eſſet mutatio, admonuit in magno nobiliũ, cæterorúmque circunſtantium cœtu. Quũ verò rogaſſem nunquid remedij: nullum eſſe reſpondit. Mœſtus, vale dico & illi & patriæ. Eadem & Caſtellano refero, illúmque poſtremum valere iubeo, quòd viderẽ mihi patria cedendum eſſe. Nam quò tẽderet præiudicium illud, ſciebam. Egrediens tamen domo, vt ne grauaretur quidnam hoc rei eſſet, ex Rege ſciſcitari, vehementer obteſtor. Quod magna difficultate extortum, grauatim fecit: & certè cauſa erat cur detrectaret. Poſtridie tamen, quàm magnifico

apparatu Rex à Lugdunenſibus exceptus e-rat, Regem rogat num dare hoc voluerit Theologis, vt Biblia à ſuo typographo impreſſa ſupprimerentur. Rex verum eſſe pronuntiat, quia Theologi me hominem quouis hæretico nocentiorem conqueſti, id perſuaſiſſent. Non tamen ſe quod poſtulabāt, alia cōditione dediſſe quàm vt articulos toties expetitos proferrēt. Pergit Caſtellanus, ſatíſque multis verbis Regi indicat abeundū mihi eſſe, natalíque ſolo migrandum. Theologorum ingenium tale eſſe vt ad extremum vſque vitæ perſequātur, contra quos Regis aut iudicum fauorem ſuis mēdaciis eblanditi eſſent. Reſpondet Rex, non propterea mihi eſſe migrandum: tantum cauerem nequid in futurum: ſimúlque bono vt eſſem animo iubet, pergerémque in ornanda ſua typographia pro more officium præſtare. Vbi hæc renuntiata ſunt, cōſiſto. Interea ſilēt Theologi, nec ſuas literas euulgāt: quod mihi ſanè mirū videbatur: diuulgaſſent autem ſcio, niſi de proferendis articulis facta in literis mentio obſtitiſſet. Guiencurtius, vt eſt verſipellis, hæc aſtutè diſſimulās, collatis inter ſe capitibus, ſubornat Robertum

Senalem Abrincenſem epiſcopum, qui me blandis uerbis admonet vt cum Theologis redeam in gratiam: vtilius id multò mihi eſſe quàm tandiu domo abeſſe: nec mihi victoriam contra tam ſacroſanctũ collegium eſſe ſperãdam. Ad hæc, me nullam victoriam, nullóſque triumphos cogitare reſpondeo: tantum vt Regi obtemperarent, & articulos producerent. Ille rurſum, nihil tale vnquam expectãdũ eſſe affirmat: quòd Theologi non ſoleant ſcripto cõmonſtrare quid cenſeant hæreticum, ſed verbis tãtum indicare: quibus credi oporteat: neque enim vllum aliàs ſcribendi futurum finem. Ita tum diſcedimus. Poſtridie accedũt eius pediſequi, vt monitis domini ſui parerem hortantur vehemẽter. Aſſentior. Memineram enim quid eorum nõnulli, conſcia (vt credibile eſt) factione, cõtra Frãciſcum Regem Henrici huius patrem eſſent moliti, illorum impietatibus non vſque adeo annuentem. Quid dicam, norunt ipſi. Miti quidẽ exilio tũc fuerunt clementer caſtigati: ſed cum pietatis colore tam multa non deſinant in Deum ipſum machinari, eos tandẽ malè diſperdet. Robertum igitur Senalẽ accedo: ſcribere me velle ad Theo

logos dico, vt præterita ſinamus effluere: nihil me poſthac ſine ipſorum conſilio facturum. Libenter *hæc audit, & tali animo gratulatur.* Vt Guiancurtium *alloquar, rogat.* Colloquimur. *& illi bono viro placet conſilium: tranquilla ſic fore omnia pollicetur. ſe literas ad* Theologos *perlaturum humanus & officioſus vir recipit.* Literas *enim à me captabat, quibus me haberent obnoxiũ, vt nihil eſſet articulorum prolatione opus.* Ego *verò ex eius aucupio elabi cupiens, me iam ſcripſiſſe fingo.* Ambo *aulã accedũt.* R*umor eſt* Regẽ *iuſſiſſe* R.Stephano *mille & quingẽtos aureos ad ſarciẽda quæ perpeſſus fuerat dãna numerari.* Quas *tunc turbas excitarunt? impijs dari præmia ad male agendũ: ad eadẽ patrãda, huiuſmodi præmijs ſimiles inuitari.* Efficiunt *tandẽ ſuis clamoribus quod cupiebã (verè hoc dicam, liberũ ſemper fuit ingenium, pecunijs nunquam inſeruiui, laboribus aſſuefactus à Domino, vt auis ad volatũ) vt nullæ dentur pecuniæ.* Annuit Rex: *pollicetur tamen maiori in re ſe fore erga me munificum ac liberalẽ.* Ego *verò gratiis actis, tãtum rogo vt me ab aduerſarijs tueatur, id mihi omnibus pe-*

cuniis fore gratius. Quod mihi Deo propitio cõceſſum eſt. In auferẽdo verò diplomate, quo Regis erga me animũ aduerſarijs teſtarer, incredibilis fuit ſuſcipiẽda moleſtia per tres mẽſes tantum authoritas vel importunitas Sorbonica etiã apud primarios valebat, vt quod Rex quarto iuſſerat, obſignare dubitarent. Vicit tamen Dominus: nam diplomati quinquies emendato, tandem clementiſſimi principis iuſſu, ſigillum apponitur. Dum hæc curo, viri illi ſanguinarii in me inquirunt, rogatis plus octoginta teſtibus: noui neſcio quid in ſpeciẽ habituri, ſi forte diplomate illo omnia præterita abolerentur. De illo enim aliquid audierant: nũquam tamen credituri mihi caueri etiam aduerſus ſuas nouas inquiſitiones, niſi legiſſent. Diploma ſeruo apud me, nec euulgo. Mox audio futurum vt intra tres dies conyciar in carcerem, niſi prouideam. Tunc diploma Regium profero, cuius capita hæc ſunt,

Par ces preſentes diſons & declairons que noſtre vouloir & intẽtion eſt, que le dict Eſtienne noſtre imprimeur, pour raiſon de ladicte impreſſion par luy faicte

des Annotatiõs de la Bible, Indices, Pſaultiers & Nouueaux teſtamens, & autres liures par luy imprimez, ne ſoit, ou puiſſe eſtre a preſent ne pour l'aduenir trauaille vexe, ne moleſte en quelque maniere, ne conuenu par quelques iuges que ce ſoit. Et quãt aux ſuſdictes informatiõs faictes ou a faire alencontre de luy, a l'occaſion que deſſus, de tout le temps paſſe iuſques a huy, ſuyuãt ce qu'en ceſt endroit a eſte commẽce par feu noſtre dict ſeigneur & pere, auõs reſerue & retenu, reſeruons & retenons la cognoiſſance d'iceluy a nous & a noſtre perſonne. Et pour ceſt effect en auons deffendu & deffendons toute court & iuriſdition & cognoiſſance a vous gens de noſtredicte Court. &c.

His *auditis obmuteſcunt tãquam piſcis: niſi quòd taciti obmurmurabant. Dum hæc conticeſcunt turbæ, pergo in excudendo* Nouo *teſtamento Græco, maiore forma. Abſolutum opus* D. *Caſtellano defero.* Is *quòd* T*heologis nõ oſtendiſſem examinãdum, acriter obiurgat, & ſuperbũ clamat. Defendo, cũ quòd in ea lin-*

gua nihil aut parum noſſent ſeniores horũ iudices: tum quòd hæreſeos ſuſpectus eſſe nõ poterat ſacroſanctus ille vitæ liber. Addo, *me quoque fuiſſe abſterritum, quòd ex illis quidã conſuluiſſent vt mutarem locũ* 1. Cor. 15. g. 51, *Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur.* R*urſum obiurgat quòd nõ obtemperaſſem: variam eſſe lectionem dicens.* N*ego me poſſe adduci vt vnquam contra fidem omnium codicum quicquam mutarem, atque ita falſarius deprehenderer.* I*lico velut neſcio qua furia agitatus, quem arcano potius quodã instinctu* D*ei, quàm ſincero affectu contra iſtas furias tutatus fuerat, in prædam exponit* T*heologis, quibus tunc plus iuſto ſpe emerendi galeri inſeruiebat, licet illis infenſiſſimus.* G*allandio nanque ſuo dat mandatũ vt* T*heologis renuntiet hactenus à* R*oberto* S*tephano ſe deceptũ, nolle illius partes ãplius tueri: proinde viderẽt quid agendũ de hac* N*oui teſtamẽti* G*ræci editione.* G*allandius non omnino mihi inimicus, quid ſibi iniunctum ſit, me admonet, hortatúrque vt ipſe* T*heologos accedam, ne ſua legatione plus quàm vellem exacerbarẽtur, ſatis*

iam irritati. Tento igitur quod ille conſuluerat: neque tamen eos poſſum legitimè ſuo more cõgregatos ante menſem alloqui. Tandem eò cupidius in eorum conſpectum veniens, quò mihi poſtremum id facere videbar, in conclaui apud Mathurinos *impreſſum à me illud* Nouum *teſtamentum offero: præſidentibus* Goueano *& Ruffo inimiciſſimis mihi hominibus, & imperitiſſimis: niſi quòd ad ſtruendas innocentibus inſidias plus ſatis vafri ſunt artifices, modo cũ ſuis qualificationibus admittantur.* Vident Græca *eſſe, eáque impreſſa: conſilio nullum ſupereſſe locum aiũt.* Poſtulant *afferri vetus exemplar, ſcilicet in quo legerent.* Reſpõdeo *non poſſe fieri, quòd nõ vnum eſſet, ſed quindecim, relata in* Bibliothecã Regiã, *quæ mihi precario data fuerant. quibus diligentiſſime collatis pro meo cũ erga principẽ, tum verò erga rẽp. officio iſtud impreſſiſſem: moleſtiſſimum illis futurũ, ſi ea eſſent conferenda: me tanta moleſtia eos leuaſſe.* Iubeor *ſecedere.* Reuocor. *Quas ibi inter illos nænias viderim, non referre modo, ſed etiã recordari pudet. Iterũ ſecedo: iterũ & reuocor ·* Concedunt *tandem vt negotiũ re-*

legẽdi operis, duobus ex ipſis Græce doctis detur. Nouũ inde tædium deuorãdum: nam toto menſe ſatago vt referant quibus demãdata fuerat cura. Aſſidua importunitate victi, referunt ad congregationẽ in Capella *(verius quàm ſacello)* Sorbonici *collegij cõgregatã.* Nouum *plane erat, videre rurſum inter tales magiſtros* Robertum Stephanũ, *cuius de vita, cum tot mẽſes abfuiſſet, deſperatum fuerat.* Rediiſſe *nempe in gratiam oportuiſſe dicebant: vt ſolẽt ſcilicet oues lupis recõciliari* Ingreſſus *ſaluto: ac reſalutor ab illis.* Vbi *in cõclaue ingreſſi ſunt,* Decanus *facultatis,* Clericus *cognomine: lõga oratione in memoriam reuocat* Sodalibus *moleſtias eis à* Roberto Stephano *exhibitas: nihil proinde à* Facultate *quod ab illo profectum eſſet, videri ſibi eſſe approbandũ: illa comprobatione, authoritatẽ* Facultatis *minui, & quem damnaſſent, commendari, & culpæ agnitionem eſſe quandam.* Igitur Nouum *teſtamentũ nullo modo probandum, quod iniuſſu* Facultatis *impreßiſſet.* Hæc *orationis ſũma.* Guiãcurtius *poſtea, qua pollet garrulitate, idem inculcat.* Tunc *autem ſolito loquacior, vt ſtrenuè in me*

inuehendo,inuidia & ſuſpicione qua olim laborauerat,ſe purgaret. ſcortationum nulla illi neceſſaria erat defenſio, quarum fœtorem facile haurit & abſorbet pia mater Sorbona. Vnum crimen diluendum erat, procul ſe abeſſe à Chriſtianorum ſecta, quam aliquando eſſet profeſſus: cuius item nomine famam aliquam doctrinæ ſibi comparaſſet, adeóque in tantum faſtigium aſcendiſſet. Toti collegio moleſtus, iubetur paucis agere, & quò tendat, breuibus dicere. Pauci admodum reperti, qui innocentem timidè defenderent: qui tamen multis rationibus in medium adductis, communi ſententiæ cedere cogũtur, è ſynagoga alioqui exterminandi. Expectat ouis luporũ ex Capella egreſſum. Salutant, quaſi oſculum Chriſto Iudas porrigeret. Quid decretum ſit, tacent. Rogo Decanum, Heus tu domine, quid tandem? quid Regi referam? Blanda ille voce reſpondet, Domini nõ ſunt in ea opinione vt Nouum iſtud teſtamentum vẽdatur. Quamobrem, rogo. Propter annotationes marginales, ait. Varias lectiones (docti Græce homines) iudicabant eſſe annotationes quaſdam quæ extra textũ additæ eſ-

ſent. Inſto *vt ſcriptum aliquod de ſententia* Facultatis *dent mihi,quod* Regi *oſtendam.*Negāt *ſe daturos.* Indico,*me* Regi *quæ dixiſſent, rela turū.* Poſtridie *igitur proficiſcor in aulam:* Nouum *teſtamentum pro more,* Regi *offero, tanquā primitias ,coram* Cardinalibus *& principibus.*Caſtellanus *cōpoſito iracundiæ feruore, mitior tunc factus, quòd grauiter & indignè ferret,iſtorū virulenta immanitate me oppreſſū , de vertēdo ſolo cogitare: quū illi recitaſſem quinque articulos, in quorum reprehenſione ſe pluſquam inſulſos prodiderant , narrat* Regi *quid ſacra illa* Facultas *decreuiſſet de tā ſacro opere.*Mirus *riſus ſubortus: vna vox omnium, impudentiam, inſcitiam, temeritatem, ineptias denique horū iam non eſſe tolerabiles.* Vbi *ex aula reuerſum,vident ſecurè* Nouū *illud teſtamentum exponere,audaciā priuati hominis & typographi mirātur contra decretum* Theologicum.*Ego ex eorum manibus ereptum me videns,ne contemptu eos exaſperarem,quicquid poſthac impreſſurus eſſem, me illis cōmunicaturum recepi: qua pactione, vel potius neceſſitate mihi impoſita irretitū me tenētes, cœperūt*

nihil ſibi à me timere. Ego verò ab illis nihilo ſecurior: vt qui ſcirem implacabili in me odio ardentes, auidè meo ſanguini inhiare, in locum tutiorem me recipere coactus ſum, vnde præſtarem quod fueram pollicitus. Quis enim coram tam immanibus belluis cōſiſtere audeat, ſi modo Chriſti nomen profiteri velit? E*n poſtremus fabulæ actus, Chriſtiane lector.* P*auca ex innumeris attigi.*N*am dictu nimis eſt difficile, quàm ſæpe & mirabiliter me* D*ominus ex eorum laqueis eripuerit.* E*t ipſa narratio, ſi verbis eam poſſem exequi, propè incredibilis foret.* E*rgo, ne Deo ſim ingratus: quid ſupereſt niſi vt calicem ſalutis accipiam, eiúſque nomē inuocem?*D*e* R*egis quidem præſidio cur diffiderem, cauſa non fuit. ſed quia mihi certamen erat cum tam virulentis belluis, nihil cēſui eſſe melius, quā obſtinatæ malitiæ cedere.* I*mpune enim illudere* R*egi poterant, eiúſque imperia contemnere: impune falſis & putidis delationibus imbuere principū aures: impune quiduis per fas & nefas in me machinari. nec modus vllus fuiſſet.* N*am quo magis ratione fracti ſunt, tanquā hydra aliqua, reſumptis ſeptē*

pro vno capitibus, proteruiores redduntur ad nocẽdum.Quanquam alia quoque cedendi fuit neceſſitas:præterquam enim quòd mihi graues in aula ſequenda faciẽdi erant ſumptus, & deſerenda rei literariæ cura: hoc tamen effugere non licebat, quin poſtea eorũ cenſuræ ſubiaceret, quidquid imprimerem. Quid autẽ imprimi paſſi fuiſſent? niſi forte mihi ſumpſiſſem ſummulas Mãdreſton,*logicã* Enzinas, Angeſti *moralia, phyſicã* Maioris, *breuiariũ & miſſale.* Ita *& Sacris literis & ingenuis periiſſet mea opera, quam vtriſque hactenus impendere conatus ſum, & in reliquũ vitæ tẽpus firmo animi propoſito dicaui.* Obiiciet *forte quiſpiam: quũ pro bona cauſa pugnarent, tantum in ſerie actionis peccaſſe.*Hic *pro me nullum verbum reſpõdeo: ex reipſa iudicium fiat. Quando enim lucem ſubterfugerunt, ne palàm fieret cur dãnari curaſſent excuſa à me* Biblia, *quod ſe tamen* Regi Franciſco,*eiúſque ſucceſſori* Hẽrico *facturos receperant, nunc ex eorum archiuis ſeniorum* Collegii *opera mihi reſeratis, prodeant omnia quæ in* Bibliis, Indice, Pſalterio *&* Nouo Teſtamento *cum annotationibus cenſuerunt eſſe*

hæretica, fiántque publica: vt videāt omnes & iudicent qui Spiritu Dei ducūtur, quàm impia ſit eorum doctrina, quàm aliena ab Euangelio, vt à fide in Deum Patrem omnipotentem, & in Filium eius Ieſum Chriſtum, Spiritúmque eius Sanctum abducat. Mores corū impuros & ſceleratos non detegam: quos ipſi ſatis detegunt. Singulis articulis breuiter & perſpicue reſpōdebo: vt ſic profitear me ab Eccleſia Domini & Apoſtolica ſtare, in qua regnat verbi miniſteriū Sacramētorúmque verus vſus: quæ fidem confitetur per manus nobis à Patribus traditam, ſymbolo quod vocant Apoſtolorum, paucis cōprehenſam: quæ ſolo Dei verbo puro nititur, non ſomnijs hominum. Nunc antequam vos dimittam, ingenui & veritatis ſtudioſi Lectores quæ ſequuntur percurrite. Dominus vobis. Spitu æquitatis, prudentiæ, moderationis ad recte iudicandum præluceat.

PRIORES ARTICVLI *Theologorum Pariſienſium, Secretiori Regis cõſilio* M.D.XLVII, *menſe Nouembri, exhibiti in Prætorio Fontiſbellaquæ aduerſus Robertum Stephanũ typographum Regiũ, cum eiuſdem ad ſingulos reſpõſione.*

CAtalogus quorũdam errorũ à ſacro Facultatis Pariſienſis ordine, ex aliis multis hactenus collectorum, ac ſua cuiuſque cenſura notatorum qui in Bibliis à Roberto Stephano diuerſis temporibus excuſis cõtinentur, excerpti, partim ex marginalibus appendicibus, partim ex ſummariis & indicibus, partim ex annotationibus quibuſdam Bibliorum anno M. D. XLV impreſſorũ, ídque Regis Chriſtianiſſimi iuſſu atque mãdato.

Quia iactauerat ſacra Facultas multa errorũ milia ſe notaſſe, Regíſque & procerũ aures impleuerat hoc rumore: ex quo in lucẽ proferre coacti ſunt, vt ſuam nuditatẽ aliqua ex parte obtegerent, præfati ſunt, exiguum numerum ex immenſa cõgerie eſſe collectum. Porrò quàm

dextri hîc fuerint cẽſores, & quale exhibuerint æquitatis ſuæ ſpecimen, lectoribus relinquo iudicandum: & res ipſa clarè mox teſtabitur.

*Gene.*37.*g.*35. *Artic*.1.

Deſcendam ad filium meũ lugens in infernum. *Annotatio*, Infernus non hîc ſignificat locum pœnarum, ſicut nec in aliis locis. Bibliis 1545.

Cẽſura, Licet prior pars huius annotationis ſit catholica, poſterior tamen eſt hæretica, quũ expreſſe Luc.16.e.23, infernus in quo eſt epulo, habeat tormenta & cruciatus. Et Act. 2.d.24, ſcribitur, Quẽ Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni.

Aut nulla, aut pluſquam adamantina fronte fuiſſe oportet, qui veriti non ſunt coram Regio *cõſilio effutire quæ à puero quouis poſſint coargui. In eo primum deprehenditur ipſorum malitia, quòd locũ in* Bibliis *anni* M.D.XLV, *haberi obtendunt, quẽ illic lectores correctũ mutatúmq; reperiẽt. Siquis incuriæ adſcribere malit: quantũ fidei meretur eorũ relatio?* En *quorum nutu ſtare & cadere debeat totius* Galliæ *religio.* Iam *obſeruent lectores, quàm audacter*

de nihilo hæreſes fabricet bona illa Facultas. Vtdemus eſſe ambiguum, cum dicitur, In aliis Scripturæ locis: de omnibus, an de quibuſdã intelligi hoc debeat: qualis tamẽ eſt iudex, qui hæreticũ eſſe pronuntiat, in quo vel minimũ eſt ambiguitatis? Cæterum Grãmatici hoc inter Alios *&* Cæteros *diſcrimẽ eſſe docẽt: quòd prius, ſpeciale eſt: poſterius, vniuerſale. Ita cæteros interpretantur, alios omnes. Secundum hanc rationem verũ eſt, In aliis Scripturæ locis: præter illum qui citatur, infernum pro loco pœnarum non accipi. Triplex ergo eſt cenſorum calumnia. Nam latinè loquẽdo, qui alios dicit, nõ comprehendit omnes. Deinde locutio minus explicita non protinus hæretica dici meretur. Tertio, etiã ſiquid deſyderari poſſet, iam prius allatum erat remedium. Quòd autẽ infernus pœnam ſignificet qua torquentur reprobi, nemo in controuerſiam vocat.*

Deut. 9. a. 4. *Artic.* 2.

Summarium. Non propter iuſtitiam & æquitatem cordis tribuit quicquã Deus hominibus. Bibliis 1528. 1532. 1544. 1546.

Cenſura, Hæc propoſitio eſt hæretica.

Iudicet æquus & moderatus lector, quàm flatuoſi ſint iſti ventres qui tam multas hæreſes ſubinde crepant. Quæſtio vertitur an ſibi gratiam apud Deum *concilient homines, vt eorum meritis quidquam retribuat.* Mercedem reddi *operibus fideliũ, Scriptura clare tradit. Sed primo loco videndum eſt, ſibíne gratiam operibus acquirant homines, an* Deus *eos gratuito amplexus, bona deinde opera, quæ Spiritus ſui virtute per eos fecit, dignetur ſua mercede.* Atqui *omnes natura ſunt filij* iræ, *Epheſ.2.a.3.* Omnes *deſtituuntur gloria* Dei: *nemo eſt qui faciat bonum,* R*om.3.b.12.Omnes inimici* Dei, R*om. 5.b.10.* Ne *ad bonam quidem cogitationem ex nobis ſumus idonei, 2.Corint.3.b.5.*Fig*mẽtum omne cordis humani, prauum eſt à pueritia,* Ge*neſ.6.b.5.Vnde ſequitur,* Deũ *qui nulli debitor eſt, gratuito largiri hominibus quicquid eſt bonorum.* Tenendũ *enim memoria eſt illud* Pauli, *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* R*om.11. d.35.Annotatio quæ dãnatur, erat in locũ* Mo*ſis, vbi* D*ominus ſe terrã populo ſuo dediſſe negat propter iuſtitiam & rectitudinem cordis eius.* Multo *minus ergo ſuis meritis conſequitur*

homo excellentiora dona. Nam qui exiguam in terra poſſeſſionem nõ meretur, quomodo regno cœlorum dignus erit? Denique cui hæretica videtur eſſe ſententia, nihil propter iuſtitiam hominibus à Deo cõferri, is gratuitã Dei in Chriſto beneficentiam negat & abolet.

Eſa.43.d.26. *Artic.3.*

Summarium, Nulla in nobis iuſtitia.

Annotatio, Nulla in nobis iuſtitia, ſed nec in ſanctiſſimis. Bibliis 1528, 1532, 1534. 1540.

Cenſura, Vtraque annotatio eſt hæretica, & plane Lutherana, & præſertim poſterior.

Si verum eſt illud Pſal.32.a.1, beatos eſſe ſolos quibus non imputat Deus peccata: ſequitur nullam eſſe ne in ſanctiſſimis quidem iuſtitiam. Nam ideo ad remiſſionem peccatorum confugimus, quòd deficimùr propria in nobis iuſtitia. Et certe Dauíd inter ſanctos poſtremus non erat, qui verè & ex animo dicit, Non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuẽs, Pſal.143.a.2. Quare vnicum omnibus ſanctis aſylum eſt cum ſancto Iob iudicem ſuũ deprecari, Iob 9.d.34.

Palàm eſt illic à me non negari, ſanctos bonis operibus eſſe præditos: ſed tantum nullam inueniri in hominibus iuſtitiam quæ Dei tribunal ſuſtineat. Quod vnum eſt ex præcipuis fidei noſtræ capitibus: vt Spiritum ſanctum iſti phrenetici hæreticum & Lutheranum magis quàm me faciant.

Pſal. 65. a. 3. Artic. 4.

Annotatio, Ante Chriſtũ orationes noſtræ non exaudiebantur. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio eſt hæretica.

Si per ſolum Chriſtum nobis ad Deum patet acceſſus: ſperandum non eſt vt preces noſtræ exaudiantur, donec regnet inter nos Chriſtus. Et quiſquis preces ſuas, niſi illo mediatore fretus, ingerit, dignus eſt qui cũ ſua temeritate & ſuperbia repellatur. Imò quæ poteſt eſſe precandi fiducia ſine Chriſto, quæ etiã omnino fides, quæ ſola Deum nobis propitium reddit? Annotatio quam ita atrociter confodiunt, in illum Pſalmi locum poſita eſt, Tu exaudis precationem. Illic dicitur, proprium & peculiare eſſe beneficium regni Chriſti, quòd Deus preces exaudiat. Ergo ante Chriſtum, tantundem

valet, acſi diceretur, antequã Chriſtus innoteſcat. Vident nunc omnes, mera inſcitia cenſores fuiſſe impulſos ad vomẽdum hæreſeos nomen.

Pſal.62.b.10. *Artic.5.*

Annotatio, Cõfugiendum ad Deum: nam præſidia humana, ſunt mera vanitas. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio eſt hæretica & impia.

Vbi antitheſis ſtatuitur inter Dei *& hominum præſidia, clarũ eſt humana vocari, quibus* Deus *non benedicit.* Dauid *quidẽ funda & lapidibus Goliath aggreſſus eſt: dicit tamen,* Tu *ad me venis cũ haſta & armis & clypeo: ego autem in nomine* Domini *exercituũ,* 1.*Sam.*17 *f.*45. *Alibi,* Nõ *ſeruatur* Rex *in exercitu, neque gigas virtute ſua: fallax equus ad ſalutem, &c.* Pſal. 33.*c.*16.*Item,* In *filiis hominum non eſt ſalus,* Pſal.146.*a.*3.*Clarius etiam alibi,* Vana *ſalus hominis,* Pſal.60.*c.*13. *Hæc ſane hæretica illis ſit ſententia oportet, ſi meam improbẽt.* Nam Dauid, *ſalutis nomine, præſidia omnia complectitur, in quibus merã vanitatẽ reperit.* Atque *vt ſciamus* Deũ *hac loquẽdi for-*

ma delectari, alio Pſalmo repetitur, 108.*c*.13. Nec *aliud ſibi vult cum dicit,* V*anum eſt vobis ante lucẽ ſurgere, quàm* Extra Deum *nihil eſſe proſperi,* P*ſal*.127.*a*.2. E*adem ratione dicitur* Thren. 4.*c*.17, D*efecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum.*

2.*Samu*.7.*a*.7. *Artic*.6.

Annotatio, Nihil vult Deus agi ſine ſuo verbo. Bibliis 1532.1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio eſt hæretica. *Cum* P*aulus docet eſſe peccatum, quicquid fit ſine fide,* Rom.14.*d*.23: *fidei nomine certitudinẽ deſignat, quæ nõ alibi, quàm in* Dei *verbo fundata eſt.* Ergo *ſuſcipere, vel aggredi quicquam ſine* Dei *mandato, non magis* Deo *probatur, quàm ſi pro ſua libidine ſeruus hoc vel illud temerè in gratiam domini tẽtaret.* Adde *quòd de cultu* Dei *illic agitur, vbi valere debet regula* Q*uòd obedientia potior ſit quàm omnes victimæ,* 1.*Samuel*. 15.*e*.22. *Ideo per* I*eremiam,* 7.*e*. 22. *ait* Dominus, C*ũ patres veſtros educerẽ ex* AE*gypto, non præcepi de victimis: ſed vt audiendo audirent vocem meam.* Huc *pertinet, quòd ſacrificia abſque ſale offerri vetuit,*

eſt ex ſe malum : & non facit vllo modo ad ſenſum textus.

Tremendum certe Dei iudicium, quòd talibus beſtiis tantum licentiæ permiſit vt gentem nobiliſſimam quaſi ſub pedibus oppreſſam teneant. Diligenter in meis annotationibus expreſſa eſt interrogatio, ex qua negatiua propoſitio elicitur. Quaſi affirmauerim quod negabam, dextri iſti interpretes ſomnium ſibi ex porta cornea fingunt, me obligare homines ad mentiendum. Atqui ſcire velim, ex qua ſecta hoc habeant quòd tam libere mentiuntur, vbi nemo cogit. Vtinã ſaltem iſta mentiendi libertas, quam ſibi vſurpant, tot miſeras animas non ſtringeret mortiferis laqueis, adeóque ſtrãgularet. Adde quòd interpretatio illic addita omnem dubitationem eximit. Sic enim habent codices à me impreſſi, Super iure meo mentiri debeo? doloroſa eſt plaga mea ſine tranſgreſſione. Ius vocat ſuã iuſtitiam & æquitatem. An, inquit, par eſt vt mentiar ſuper innocentia mea? taceréne debeo meam innocẽtiam? Vulnus enim meum plenum eſt doloribus: vulnus, inquam, quod accepi nullo meo merito. Vrgebant enim aduerſarij eius,

merito ſuo illum pati. Eundẽ *ſenſum habet annotatio quam* ex Bibliis *anni* 1532, *proferunt,* Cogor *mẽtiri, quum ius etiã pro me habeam. i. quum ſim innocens, & nullo meo delicto patiar à* Deo: *homines tamen aliud aſſerunt, vt cogar cũ ipſis mẽtiri, me propter peccatũ meum. pati.* Quis *enim non videt querimoniã eſſe, qua teſtatur* Iob *iniuriã ſibi fieri ab importunis hominibus?* Porrò *an nihil faciat annotatio ad ſenſum textus, lectoribus iudicium permitto.*

Matth. 22. c. 12. Artic. 8.

A*nnotatio,* Veſtis nuptialis fides. Bibliis 1532. 1534. 1546.

Cenſura, Hæc annotatio eſt hæretica.

O*bſtupeſcẽt exteræ nationes, ſcio, ad tantã barbariem.* Et *me certe pudet noſtri dedecoris.* Q*uanquã hoc ſummũ potius regni Galliæ erit decus, ſi colluuie iſta purgetur, ſub qua dudũ tabeſcit.* H*æreſis eſt, veſtẽ nuptialẽ pro fide accipere.* O*mitto quòd ex vetuſtis & claſſicis* E*ccleſiæ doctoribus ſic quidam ſenſerunt.* R*es ipſa abſque hominum patrocinio conſideretur.*

Iacobi 2. b. 17. Artic. 9.

Annotatio, Fides ſine operibus nõ eſt

fides. Bibliis 1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio hæretica eſt.

Fateor certè, fidem hiſtoricam, qua dæmones contremiſcunt, fidẽ vocari. Sed ego cum Iacobo *loquor, qui fidẽ, quæ operibus vacua eſt, mortuã eſſe aſſerit, cap.* 2.*c.*17. *Quòd ſi verum eſt illud* Pauli, Epheſ.3.*c.*17, *Chriſtum habitare in cordibus noſtris per fidem:* Itẽ *illud* Petri, Act. 15. *b.*9, *Fide purificari corda:* Itẽ, *Fide placere homines* Deo, *Heb.*11.*b.*6. Item, *Ex fide nõ ficta eſſe bonam conſcientiam*, 1. Timoth. 1.*a.*5: Item *illud* Prophetæ Habac. 2.*a.*4, *Iuſtum fide ſua victurum: & quicquid paſſim de fidei virtute prædicat Scriptura: ſequitur nõ eſſe verã fidem, quæ* Chriſto *caret, quæ homines in ſua immunditie relinquit, quæ nec* Deo *cõciliat homines; nec viuificat. Sed venerandis patribus cælum ruere videtur, niſi fidem ſuam informem mordicus retineant, qua* Chriſtiani *ſint abſque* Chriſto.

P*ſal.*31.*a.*4. *Artic.*10.

A*nnotatio*, Sela, in fine huius verſus ponitur, vt oſtendat ſententiam hanc notandam qua docemur quomodo pecca-

dũ factas ſibi iniurias cõdonant, Matt.6.b.14. *Quoniam autem Apoſtoli non modo teſtes ſunt remiſſionis peccatorum, eámque ſua doctrina in conſcientiis hominum conſignant: ſed etiam offerunt quaſi apud ſe depoſitã: merito ad eos quoque munus remittendi peccata tranſſfertur,* Ioan.20.c.23. *Horum tamen nihil obſtat, quin penes Deum ſua in ſolidum poteſtas reſideat. Et certe ſi fas nõ eſt de peccatorum remiſſione loqui, niſi addita confeſſionis mentione: tollenda eſt è medio Scriptura, quæ toties priorem illam doctrinam inculcans, de auriculari confeſſione nuſquam verbulum vnum facit.*

*Pſal.*50.*a.*1. *Artic* 11.

Annotatio ad titulum, Canit autẽ quòd olim magnifice Deus cunctas orbis nationes Euãgelio ad ſe ſit vocaturus, & electos ſuos potentiſſima manu aſſerturus, quo tempore nulla ſacrificia, ſed ſuæ bonitatis tantum prædicationem requiret. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio, quoad duas poſtremas partes, eſt hæretica.

Ceſſaſſe Chriſti aduentu ſacrificia, hacte-

nus ſemper omnib⁹ impune dicere licuit. Quòd *ſi mihi* Rabbini *non concedũt tritũ & receptũ loquendi morem ſequi*, Apoſtolo *quid facient? qui adducto* Pſalmi 40.*b.* 7,*teſtimonio, Sacrificium & oblationem noluiſti,prius tollere dicit,vt poſterius ſtatuat?* Hebr. 10. *a.*5. Ecce *abolita in genere ſacrificia prædicat.* Neque *tamen ſecum diſsidet,cum poſtea ſubijcit,*Beneficentiæ *& communicationis nolite obliuiſci:talibus enim hoſtijs placetur* Deo, *cap.* 13.*c.* 16. Itẽ,*Peripſum offerimus ſemper hoſtiam laudis* Deo,*Ibidẽ,c.*15.*Eſt enim ſpirituale ſacrificium, quò externæ actiones referri debẽt:vt* Pſal.51. *d* 20,*habetur.*Quòd *Deus ſub regno* Chriſti *ſacrificia remittẽs tãtum ſuæ bonitatis prædicationẽ requirat,teſtis eſt* Petrus,*dum ſcribit nos regale eſſe ſacerdotiũ,ex tenebris vocatos in admirabile* Dei *lumẽ,vt virtutes eius enarremus,* 1.Pet.2.*b.*9, *cũ paulo ante hortatus eſſet ad offerendas ſpirituales hoſtias: ídque à* Propheta Oſea *prædictũ fuerat,*Dicite Domino, *omnem aufer iniquitatẽ: & vitulos labiorum ſoluemus,* Oſee.14.*a.*3. Imò Dauid *hanc in omnibus piorum exercitijs ſummã præſcribit, dicens,* Quid

rependam Domino, *pro omnibus quæ contulit mihi? Calicem ſalutũ accipiam, & nomẽ* Domi*ni inuocabo,* P*ſal.*116*.b.*12. I*nterea tenendum eſt, fideles non linguæ tantũ ſonitu gratias* Deo *agere, ſed tota quoque vita gratitudinẽ teſtari ſuam.* N*am coram* Deo *qui veritas eſt, prædicatio bonitatis eius hypocritica & ficta, locum nullum habet. Cæterũ de ſpiritualibus ſacrificijs quæ paßim cõmendat Scriptura, minime ſo liciti ſunt* R*abbini.*Q*uid enim ad eos illa* P*auli exhortatio,* R*om.*12*.a.* 1, E*xhibete corpora veſtra hoſtiã viuẽtem, ſanctam, placẽtem* Deo, *rationalẽ veſtrum cultũ, &c. Sed vrit eos vnicus* M*iſſæ ſuæ zelus: nec quicquam ſaluum fore putant, niſi* C*hriſtũ quotidie in altari mactent.*

Baruch 2*.b.*5. *Artic.*12.

Peccauimus Deo noſtro. *Annotatio,* Cõ feſſio Chriſtianorum vera, Vera Chriſtianorũ cõfeſſio. Bib. 1528. 1534. 1540. 1546.

Cenſura, Vtraque annotatio, tollens confeſſionem ſacramentalem, conſpirat hæreſi Lutheranorũ, aſſerẽtium ſoli Deo cõfitendum eſſe. Quod clarius euadit ex indice Bibliorum 1532, in verbo Confeſ-

probanda erat. Omitto quòd ſacramẽtalem vocant, in qua nihil Sacramento affine reperietur. Nullũ enim illic Dei mandatũ: nulla promiſſio: nullum ſymbolũ diuinitus inſtitutum. quæ tria in Sacramentis omnibus extare neceſſe eſt.

Pſal. 47.*b.*10. *Artic.*13.

Annotatio, Solus Deus poteſt iuuare homines. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio eſt hæretica, tollens auxilium ſanctorum.

Cur non potius queruntur, mutua inter ſe hominum auxilia tolli? Atqui palàm omnibus notum fuiſſet, calumnioſe eos piam ſententiam arrodere. Quanquam non puto fuiſſe tam cautos. nã vbique ad farinas intẽti ſunt. Ergo vt quæque ſuperſtitio illis maxime lucroſa eſt, ita pro ea acerrime pugnant. Miſera autem & deploranda Galliæ conditio, quòd illic de fide & ſpe in Deum, de inuocatione, de toto cultu nemini ſynceré loqui permittitur quin ſtatim pro hæretico eum carnifices iſti ad ignem rapiant. Si ſimpliciter dixerit concionator quiſpiam, inuocandum eſſe Deum: orietur protinus clamor, hæreſim ſapere, qui de ſanctis inuocandis non me-

minit. Fidendum eſſe Deo, ſi dixerit quiſpiam, ſermo tolerabilis non erit, quia nihil continebit de locanda in ſanctos fiducia. Quòd ſi nihil lucri illis ſancti afferrent, facile ſinerent eos altũ ſomnum dormire. Mihi tamen in præſentia ſufficiet, quòd conſpicuum eſt lectoribus damnari ab illis ſententiã, quæ in primis fidei noſtræ rudimentis habenda eſt. Nam certe quocunque modo iuuemur, vnus eſt Deus qui iuuat, nunc per ſe, nunc hominum opera, nunc aliis mediis. Nam creaturas omnes quiſquis non agnoſcit beneficentiæ eius eſſe organa, beſtiis eſt inſipidior. Quin etiam ſcire ex ipſis velim: quando hæreſim deprehendunt in meis verbis, quo iure ſuam illam cantilenam defendent, Media vita in morte ſumus, Quem quærimus adiutorem niſi te Domine? Nam & illic etiã eſt excluſiua.

Pſal. 49. a. 6. *Artic. 14.*

Iniquitas calcanei mei circundabit me. *Annotatio*, Calcaneus pro fine, propoſito, & intẽtione. q.d. Si aliũ finem mihi proponerem, ſi aliud ſpectarem quàm Deum, ſi alii fiderem tempore aduerſo, iniquè agerem. Bibliis 1545.

calcaneus

Cenſura, Hæc propoſitio eſt hæretica & impia.

Nihil frequẽtius in ſcripturis occurrit, quàm ſpoliari honore ſuo Deũ, quum alibi quàm in ipſo fiducia locatur. Hæreticos pronũtiant Rabbini, *quicunque ſimpliciter Deo fidendum exiſtimãt. Vos appello, Chriſtiani omnes: quid nobis amplius cum Scriptura, ſi barbara hæc tyrannis obtineat?*

Eſa.63.d.16. *Artic.15.*

Abraham neſciuit nos. *Annotatio,* Secũdum tralationẽ nouam, Siquidẽ Abraham nos non agnoſcit, id eſt; non ſolet, neque poteſt nobis opẽ ferre. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio eſt hæretica, tollens auxilium ſanctorum.

Si tanti faciũt mortuorum ſuffragia, cur inter aduocatos, Barbaram *&* Nicolaum, *Abrahæ, patri fidelium præferũt? Imò cur in precibus ſuis tã publicis quàm priuatis, ſepulta* Abrahæ *memoria, Chriſtophorum & Antonium & Catharinã & ſimiles reboant?* Nullum *eſt breuiariũ vel miſſale, quod nõ tales mediatores obtrudat* Deo. *illic Abraham ne poſtremo qui-*

Iudæorum fidem, vt ſemper & vbique ſoli Deo fidant. Bibliis 1532.1540.1546.

Cenſura, Hæc annotatio ſapit hæreſim, quia reuocat à refugio ad ſanctos.

Mirum quòd non & ſymbolum fidei mutauerint, vt in ſanctos potius crederet Eccleſia, quàm in Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum: quando tota eorum Theologia fidem in ſanctos dirigit. Sed hoc eſt ſcilicet quod conqueritur Oſeas cap.10. d.13, Iſraelitas in vijs ſuis confiſos eſſe. Quid enim ſunt mortuorum ſuffragia pro quibus Rabbini iſti inſaniũt, quàm humani cerebri figmenta? Quòd ſi ſanctis fidẽdum eſſe detur: maledicta tamen erit creatura ſi vel tantillum nos ab vno Deo abſtrahat.

Deut.7.a.15. *Artic.18.*

Annotatio, Statuæ ſubuertẽdæ, ſculptilia, ſiue imagines. Bib.1528.1534.1540.1546

Cenſura, Hæ annotationes nõ ſunt de mẽte textus, quum in eo agatur de ſtatuis idolorum euertendis. Et ſic indiſtinctè poſitæ faciunt pro Lutheranis, qui omni via cõtendunt ſanctorum imagines deſtruere. Et addit præter textum, Ima-

gines: cum ſacri doctores aliter vtãtur his nominibus, Idolũ, Statua, Sculptile, quàm hoc nomine Imago.

Cenſura clare demõſtrat, locum à Rabbinis nunquam fuiſſe inſpectũ. MASEBAH *Hebræis ſimulacrum ſignificat, hinc dictum quia ſtatuitur vel erigitur. Non potui clarius vel familiarius quã Imaginis voce exponere: nequis informem cumulum putaret. Si de nomine litigatur, impudens mendacium eſt, vel nimis rudis inſcitia, quòd ſanctos Patres negãt Rabbini in malam partem accipere Imagines. Locos accuratè non cõgeram, neque opus eſt: quum res ſit per ſe ſatis nota. Quid autem ſceleris admiſi, quòd admonuerim dici à Moſe, quod me tacẽte omnes legunt? Vt paterculis iſtis ſuas puppas relinquam, quarum inſano amore flagrant: nihil eſſe cauſæ dico cur mihi tantopere ſuccenſeant, cum Moſen refero veteri populo mandaſſe vt imagines deſtrueret. Verùm cum agnoſcãt perpetuam eſſe doctrinã, qua idololatria damnatur cum ſuis appendicibus, bilem quæ aduerſus Deum in ſceleratis eorum cordibus feruet, in me ebulliunt.*

Deut.4.c.15.23. *Artic.19.*

Annotatiões quatuor, Dehortatio à quacunque ſimilitudine adorãda, Imagines ne fiant quæ adorentur,Imagines non adorandæ,Sculptilia ne fiant quæ adorentur, ſolicite rurſum dehortatur Moyſes. Bibliis 1528.1532.1534.1546.

Cenſura, Quãuis nulla ſimilitudo, aut ſculptile adorari debeat pro Deo, more Gentilium idololatrarũ: in ſenſu tamen quem faciũt iſtæ quatuor annotationes, & quã prætendunt hæretici contra determinationem ſeptimæ vniuerſalis Synodi apud Niceam celebratæ,ſunt falſæ, detrahẽtes venerationi ſanctorum imaginum ſecundũ eccleſiæ vſum hactenus approbatũ,& piè receptum. Et in tribus indicibus qui in Bibliis iiſdẽ ſunt appoſiti,additur,Imagines fieri prohibet Deus, vt adoremus eas,& corã eis incuruemur.

Nihil dixi quod non ſit clarè in textu expoſitum. Non ſcripſi ex profeſſo, ſintne adorandæ imagines. Summam capitis illius brèuiter perſtringo. Quia pudore neſcio quo adhuc te-

nentur ne Moſen *proſcindãt,traditam ab eo do ctrinam , in perſona* Roberti Stephani *confodiunt.Moſes ab idolis Gẽtium tãtum arcet* Iudæos.*Eſto.Quid tamen peccaui,ſi plus exprimere,quàm habeant eius verba,auſus nõ ſum? Quanquam textus ipſe, cenſorum inſcitiam co arguit:Præcauet enim illic* Dominus,*ne quam ſibi nouam formã imaginẽtur* Iudæi, *atque ita figmentis ingenij ſui decepti, adulterino ritu* Deum *colant.*E*t quid verbis eſt opus,cum ſingulæ hominum mentes,totidem ſint idolorũ officinæ?*Ergo *non illic gentiũ idola damnat* Moſes*:ſed generaliter abſtinere iubet populum ab omni viſibili forma, qua* Deus *colatur.* Vocem *audiſtis in mõte* Horeb,*inquit: corpus non vidiſtis.Quare videndum eſt,ne forte decepti faciatis vobis imaginem,&c.Quòd ad vocem ſpe ctat,impudẽter veterum ſuffragium obtendũt.* Legantur *cum alij,tum præſertim* Lactantius, & Auguſtinus *: ſubinde nomen imaginis occurret,vbi de profanis idolis ſermonem habẽt.* Neque *certe erat cauſa cur ſibi tũc metuerent quando illis nefas erat.,* Chriſti *& martyrum imagines pingere: vt loquitur* Epiphanius, &

oſtẽdit decretum Elibertini*, quod in parietibus pingi vetat quidquid colitur.* A*uguſtinus quoque multis locis teſtatur, quantopere ab imaginibus abhorruerit: præſertim lib.4.de ciuit.* Dei*,* Item *in* Pſal.113,*Item epiſt.49.Vt de vetuſtis* Eccleſiæ *ſcriptoribus taceã,cur ſurdis au ribus prætereũt tot Scripturæ locos?Vetus eorum tranſlatio habet,Quam imaginem ponetis mihi?*Eſa.40 d.18.*Item 44.b.13,Fecit imaginem uiri.* Ezech.7.f.20. I*magines abominationum ſuarum fecerunt ex auro.*Item,16.b 17, F*eciſti tibi imagines maſculas.* Amos 5.g. 26,I*maginẽ idolorũ veſtrorũ feciſtis ſydus* Dei *veſtri. Quem locum adducẽs Lucas,*Act.7.f.43. *typum poſuit. Siquis cenſores iſtos ſincerè & ingenuè loqui putet, fateatur neceſſe eſt Scripturã nunquã legiſſe.An tũc ebrios fuiſſe dicemus, quibus in memoriã cõplures etiã alij loci præter iam citatos nõ venirẽt? Certe aliud eſt quòd malitia & virulento ſanæ doctrinæ odio, ſunt perpetuo phrenetici. Verùm cẽſores magi ſtrali ſupercilio, non huic tantùm loco Scriptu ræ, ſed aliis quãplurimis opponũt ſeptimã ſeſſionẽ* Niceni *conſilij, quod ſuis auſpiciis coegit*

impia Ieſabel, imò vera Proſerpina, Irene nomine reipſa, Erinnys. Porrò *vt ſciāt lectores quàm probè fundata ſit Sorbonæ theologia: operæpretium eſt tenere, ex quibus ſententiis conflatū fuerit concilij decretū.* Dixit Iohannes Orientaliū *legatus, Creauit* Deus *ad imaginē ſuā: ergo habendæ ſunt imagines.* Deinde *quia ſcriptum eſt, Oſtēde nobis faciem tuam, quia ſpecioſa eſt: probat imaginem* Dei *eſſe pingendam.* Et *eo vſque ſibi plaudit, vt præſtare affirmet, quæuis lupanaria erigi, quàm ſubuerti imagines.* Certatim *poſtea cōgerūtur Scripturæ loci in eundē finē, & ſimili quoque delectu:* Oſtēde *nobis faciem tuā, & ſalui erimus. Sicut audiuimus ſic vidimus.* Nemo *accendit lucernā, & ponit eam ſub modio.Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui* Domine. *Domine dilexi decorē domus tuæ.* Theodoſius Myrenſis *epiſcopus, ne* ἀσύμβολος *ſententiam dicat, ſomnio archidiaconi ſui nititur.* His *vt colophonem addat* Conſtantius *Cypriæ Conſtantiæ epiſcopus, eodem ſe honore imagines proſequi teſtatur, quo viuificam* Trinitatem. *Conficitur tandē decretum,* Hæreticis *omnib⁹ deteriores eſſe Samaritanos:*

at ipſis Samaritanis eos qui imagines oppugnãt. En authoritas, quæ ſacrã Dei Legem, Prophetas & Euangeliũ aboleat, ſi Sorbonæ creditur.

Pſal. 88.*b.*11. *Artic.*20.

Nunquid mortuis facies mirabilia?

Annotatio, Nunquid facies miraculum mortuis? Id eſt, Num reſuſcitabis mortuos omnes ante generalem illam reſurrectionẽ? q. d. Non. Eripe me igitur, vt te laudẽ: nam hac vita defuncti, te non poſſunt laudare. Bibliis 1545.

Cenſura, Vltima pars annotationis eſt hæretica.

Nihil hic à me dicitur quod nõ totidem ferè verbis expreſſum ſit à Dauide, *Pſal.6.b.6.* N*on eſt in morte qui memor ſit tui: In inferno quis confitebitur tibi? Item* Pſal.115.*c.*17, N*on mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in ſepulchrum: ſed nos qui viuimus, confitebimur* Domino. *Quibus concinit canticum* Ezechiæ, *Eſa.*38 *d.*18, N*on cõfitebitur tibi ſepulchrum. Viuens viuens ipſe laudabit te, pater filijs notam faciet veritatem tuam.* Non *agitur illic an ſingulæ fideles animæ* Deum *poſt*

e.iiii.

mortem laudent: ſed an celebretur in commune Dei bonitas. Atqui ſatis conſtat, mutuam hanc laudandi Dei exercitationem in mundo locum habere. Oſtendunt ergo Rabbini, quot hæreſibus grauidi ſint, qui nulla de cauſá hæreſes ita proferunt.

Deut.5.a.6. Artic.21.

Annnotatio, Deus ſolus adorandus. Bibliis 1532.1534.1540.

Cenſura, Etſi verum eſt de adoratione latriæ, pie tamen, adóratione duliæ & hyperduliæ adoramus ſanctos. Sic annotatio illa vniuerſaliter dicta, fauet Lutheranis, qui imagines ſanctorum ac ſanctos ipſos nihili faciunt, imò lacerant.

Idololatras paſſim cõparat Scriptura, ijs qui inſano amore feruentes, nihil quàm libidinem ſuã agitant. Neque his cõtenta, dicit appetere prodigioſos coitus: perinde ácſi mulier aſinum appeteret: ſic enim loquitur propheta Ezechiel, *cap.23.b.18. Ego verò, etſi doctores Sorbonicos maniaco ſimulacrorum ſuorum amore flagrare non nego: alia tamen libidine rapi dico: alia enim zelotypia magis eos vrit, ne lucro*

ſcilicet ac honore viduentur. Putida illa diſtinctio latriæ & duliæ hactenus inter ipſorum parietes perſonuit. Publicè tamē ferebāt vni Deo adorationem tribui. Nūc quia ſibi metuūt, Roberto Stephano licere nolūt, quod omnibus antehac ipſorū quoque permiſſu licuit. Hæreticū illis non eſt quod in horariis preculis legitur, Vng ſeul Dieu tu adoreras. Illic cæcutiētes, hæreſim in codice à me impreſſo vidēt. Quòd ſi de verbis certatur, Paulus, Galat.cap.4.*a.*8, *cultum quem idolis exhibuerāt, damnans, non latriam ſed duliam nominat.* Et *ſatanas latriam nō exigebat à* Chriſto *ſed* προσκύνησιν, Matt. 4.*b.*9. Et *tamen ſeuerè repellitur, quia legitimo ſuo honore Deum ſpoliat.* Eant *nunc magiſtri Sorbonici, & ſeruos ſe imaginū eſſe glorientur, modò ne ſint cultores.*

*Ierem.*7.*a.*1 *Artic.*22.

Annotatio, Iubetur Ieremias annuntiare populo verbum Dei, confidenti in externo cultu nihil iuuante. Bibliis 1528. 1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc annotatio eſt Lutherana quoad vltimam partem.

Nullā in rem magis inſiſtūt Prophetæ, quàm vt cultū externum, inanem & nihili eſſe oſtendant. Caput illud ſeptimū Ieremiæ, *cui addita eſt annotatio, nihil aliud ſonat.* Nam *quū agitur de externo cultu vero & legitimo, qui ſpiritualis eſt, per tacitam antitheſin opponitur. Si ego ſum hæreticus ita loquendo: quid* Eſaiæ *fiet cum dicit,* Incenſum *abominatio eſt mihi,* Neomenias *& ſabbatha veſtra non feram.* Solennitates *veſtras odit anima mea. cap.* 1. *d.* 13. *Item,* Qui *immolat bouem, quaſi qui interficiat virum: qui offert victimam, quaſi mactet canem, ca.* 66. *a.* 3. *Sed hæc eſt* Sorbonæ *ingenuitas, quæ aduerſus nudas & frigidas ceremonias dicta ſunt, ad calumniam rapere, quaſi externa quæuis pietatis profeſſio damnetur, in qua ſynceri* Dei *cultores ſe exercent.* Adde *quòd locutio hæc mea, idoneum habet authorem. Sic enim &* Paulus, 1. Corint. 7. *d.* 19, *Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt:* Item, 13. *a.* 2, *eiuſdem epiſtolæ,* Si *habuero prophetiam, nihil ſum: ſi erogauero omnia mea pauperibus, & corpus meū ad incēdium tradidero, nihil mihi prodeſt.*

Pſal.67.5. *Artic.23.*

Annotatio, Sela addit, vt oſtendat fœlicitatem Chriſtianorũ, qui habeãt Chriſtum iudicem,& rectorem,qui nos reget & iudicabit pro ſua miſericordia,nõ pro ſceleribus noſtris. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio hæretica eſt pro vltima parte.

Obſeruẽt lectores,pronomen iſtud Nos,*non niſi ad fideles referri, vt clarè ex circunſtantia loci conſtat.* Iam *ſi pro ſuis ſceleribus iudicentur filij* Dei, *de eorũ ſalute actũ eſt.* N*ihil enim grauius nobis Scriptura minatur quàm iudiciũ ſine miſericordia,*Iacob.2.c.13. Et *quid obſecro ſibi volũt preces iſtæ,*Pſal.103.*b.*10, N*on ſecundũ peccata noſtra facias nobis:niſi quòd* Sancti *vnicum ſibi hoc ſalutis aſylum eſſe agnoſcũt,ne pro ſcelerib⁹ ſuis tractẽtur?Quemadmodũ teſtatur* Dauid Pſal.130.*a.*3, *Si iniquitates obſeruaueris* Domine,D*omine quis ſuſtinebit?*Et *tota* Eccleſia *prædicat ſibi hoc remiſſum per* Dei *clementiã,ne ſecundum peccata iudicetur,* Pſa. 103.*b.*10.I*n ſumma,ſi cẽſura hæc recipitur,ſpes ſalutis erepta eſt toti mundo:quia non alij beati ſunt, niſi quorũ* Deus *remiſit peccata.*Pſal.32.

Ezechielis 1.c.20. *Artic.* 24.

Annotatio, Oculi: Prudentia cõtra ſeductores, aduerſus quos decet plebẽ munitam eſſe, nã & vulgus habet iudicium probandi doctrinas. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio erronea eſt & Lutherana.

Cum iubet Paulus *vt* Prophetæ *duo aut tres loquantur, cæteri diiudicent, vulgus certe in eo numero comprehendit: ſicuti ex contextu patet,* 1. *Corint.*14.*f.*29. *Et quos alloquitur* Iohannes *cum dicit,* Probate *ſpiritus, nũquid ex* Deo *ſint,* 1. Iohã. 4.*a.*1. *Scire etiam velim quibus putent dici à* Paulo, *Omnia probate, quod bonum eſt tenete;* 1. Theſſal. 5.*d.* 21. *Certe nondum eo tẽpore natus erat* Lutherus. *Vulgus autẽ intelligo humiles Chriſti diſcipulos, de quibus olim* Phariſæi *& reliqui Scribæ, Sorbonæ proaui,* Turba *hæc quæ non nouit legẽ, maledicti ſunt.* Aliter Ambroſius, *qui fidei cauſam cõtendit; apud populũ in templo debere tractari.* Epiſt.32.

*Cantic.*3.*a.*2. Artic.25.

Surgam, & circuibo ciuitatẽ. *Annotatio,* Sub.dixi apud me. Sola gratia inue-

nitur Chriſtus, Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio hæretica eſt, & non eſt ad intelligentiam textus.

An cum textu quadret annotatio, iudicium relinquo lectoribus. Si autem non ſola gratia inuenitur Chriſtus, aliã nobis viã demonſtrent cẽſores. Vniuerſale eſt profecto quod Dominus per Eſaiã dicit, Inuentus ſum à nõ quærentibus me: palàm apparui ijs qui de me nõ interrogabant. cap. 65. a.1. De Chriſto clamat Paulus, Apparuit benignitas & humanitas Dei ſaluatoris noſtri, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos &c. Tit. 3.b.4. Quanquam ad portentum hoc obſtupeo, fidei magiſtris, vt haberi volunt, hæreticũ eſſe illud Pauli, Gratia nos ſal uatos eſſe per fidem, Epheſ.2.b.8. Reſtat ergo vt in ipſis quoque impleatur quod de Iſraele alibi idem Apoſtolus docet, Quod Iſrael quærebat, non eſt cõſecutus. Quare? quia ex operibus, non ex fide, Rom.9.g.32, & 11.a.7.

Pſal.49.c.15. *Artic.26.*

Vt abſumat eam infernus tralatam de habitaculo ſuo. *Annotatio,* q. d, Et anima & corpus interibunt.

Cenſura, Vltima pars huiꝰ annotatiõis cõſpirat errori aſſerentiũ animã rationalem eſſe mortalẽ, cũ videatur dicere ſubſtantiam animæ & corporis interituram.

Vbi nunc tonitrua illa, quibus totam aulam & vrbem concuſſerant, me animas facere mortales? Conditionaliter enim tantũ carpunt mea verba, vt eorum iudicium nihil ſit quàm ambigua diuinatio. Videndum tamen quàm ingenioſè diuinent: Cum videatur, inquiũt, ſubſtantiam animæ interituram dicere. Ergo cum ſcribat Paulus, *Vaſa iræ aptata eſſe ad interitum,* R*om.9.e.22: Itẽ, Improbos pœnas à facie* Dei *æternas in interitu daturos, 2.* T*heſſalo.1.c.9: Item,* Mergi *prauis cupiditatibus homines in interitum, 1.* T*imoth. 6. b. 9: crimen non effugiet impiæ & execrandæ blaſphemiæ. Denique quiſquis de ſpirituali interitu verbũ fecerit,* Epicureus *cẽſebitur.* En *ſancti collegij ingenuitas, hominem ſemper in* Dei *cultu reuerẽter verſatu, in quem ne minima vnquã profanæ cogitationis ſuſpicio cecidit, tam atrociter lacerare. Vt autem omnibus clariſſimum fiat, nullo pudore ad cõflandam mihi inuidiam arreptum*

temere conuitiũ in caput meũ vibraſſe, audi Le*ctor quid ante verba quæ ipſi mutilarunt, quid etiã poſtea ſcripſerim.* De *diuitibus impijs annotatio eſt, déque pijs qui cũ Chriſto regnaturi ſunt.* Vt *oues cõgregantur in ouile, ita illi diuites colligentur in ſepulchrũ, vbi mors præerit illis.* Illi *diuites cõtra ſpem ſuam tãdem magno numero morietur, & mors eorũ æterna erit, nõ tẽporaria.* Audis *mortẽ illorum æternam futuram me ſcribere.* Q*uæ certe vox nõ hominis eſt mortalẽ eſſe animã fingentis.* Mox *ſcripſi,* Aget *paſtorem erga illos: reget eos. hoc eſt, illi omnes peribũt, & morientur morte æterna.* Paulo *pòſt ſequitur vnde tam impiã cenſurã decerpunt, & quidem qua ſolẽt fide,* Animæ *eorũ cum corporibus interibunt.* Cõ*tinuo ſcripſi,* Hic *verſus eſt verum ænigma filijs huius ſeculi: cõtinet enim quæ pertinẽt ad auroram nouæ vitæ: qua exorta, iuſti dominaturi ſunt impijs. i. cũ ſuo Chriſto illos condẽnabunt.* Si *anima cum corpore interitura eſt, nec victura in reſurrectione, quomodo dominabuntur eis iuſti? quomodo eos cũ Chriſto iudicabunt iuſti?* Exhorreſco *ad eiuſmodi portenta.* Et *certe nũquam adeò ferrei in*

me fuiſſent, ſiqua in illis vigeret religio. Verùm bona pars non modo Epicuriſmum fouet in corde, ſed tota vita palàm ſpirat: crapulas verò & fœtidas libidines eructat. Ipſi, ipſi ſunt de quibus Paulus, 1. Corinth. 15. d. 32, *Edamus & bibamus, cras moriemur. Quòd niſi mihi obſtaret pudor, & caſtis lectorum auribus parcere: Sodomitica quorũdam flagitia nominatim detegere, qui ex præcipuis columnis cẽſentur. Verũ ſi ſapiunt, maturè ſe compeſcant, ne quod ſuffugio, facere tãdem cogar. Saltem mihi ſuá ſtigmata inurere deſinant, à quibus* Dominus *ſua miſericordia purũ ſemper & intactũ ſeruauit.*

Deut. 4. a. 2. *Artic. 27.*

Annotatio, Verbo Dei nihil addẽdum aut detrahẽdum. Bib. 1528. 1532. 1540. 546.

Cenſura, Hæc annotatio duplicem habet ſenſum: Alterũ, quòd nil addendum ſit aut detrahendũ quod corrumpat Scripturam, aut ſenſum eius verum. Alterum ſenſum habet quem facit, nempe quòd nil liceat addere ad interpretationẽ verbi, aut quòd nil nos obliget ad faciẽdum aut omittẽdum, niſi quod exprimitur in

Scriptura. Prior ſenſus, eſt verus: ſecundus autem, falſus: & hunc prætendunt hæretici. Iuxta etiã alterã annotationẽ, Deut. 12.d.32, vbi habetur, Verbum Dei ſolum faciendum, cui nihil addendum. qui ſecundus ſenſus fauet Lutheranis.

Gratiam, Lutheranorum omnium, quos vocant, nomine, habeo Rabbinis, quòd Moſen ſaltem illis fauere concedunt. Nam in verbis quæ dum mordere nequeunt, malignè arrodunt, nulla prorſus ſyllaba mea eſt. Pro ſe igitur reſpondeat Moſes Lutheranorũ patronus. Cæterum quo notior ſit omnibus Sorbonæ inſcitia, tenendum eſt, Dei verbum corrumpi, quoties vel illi miſcentur peregrinæ doctrinæ, vel fictitij cultus ingeruntur, vel humanis legibus ac placitis illaqueantur conſcientiæ. ſcriptum enim eſt, Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Rom.10.c.17. Item, Fruſtra me colũt præceptis hominum, Matt 15.a.9. Item, Vnus Legiſlator qui poteſt ſeruare & perdere, Iacob. 4. c. 12. Denique generaliter pronuntiat Deus obedientiam præſtare ſacrificijs, 1. Samuel. 15.e.22.

Leuit.17.a.1. *Artic.28.*

Annotatio, Sacrificia priuata prohibet, ne ſibi quiſque ſacerdos eſſe audeat. Bibliis 1532.1534.

Cenſura, Hic modus loquẽdi fauet iis qui damnant Miſſam priuatam.

Quòd priuatam ſuam Miſſam *oblique à me perſtringi nugantur, tunc mihi in mentem venire non poterat, vt qui eorum deliriis faſcinatus, eadem qua miſeri alij ſuperſtitione tenebar.* Et *nihil clarius eſt, quàm illic præciſe exponi, quam ſacerdotij normam Deus præſcripſerit in* Lege. *Cæterùm eadem nunc quoque ſub* Chri-*ſti regno valere debet, teſte* Apoſtolo, *Nemo, inquit, ſibi honorẽ vſurpat, ſed qui vocatus eſt, vt* Aaron, Hebr.5.a.4. *Nunc ſi me damnare volunt, quòd* Miſſis *priuatis bellum inferam, eas à Chriſto prodijſſe oſtendant. Atqui iam pueris conſpicuum eſſe cœpit, ſacrilegam & minime ferendam eſſe ſacræ* Cœnæ Domini *prophanationem, dum ſibi quiſque ſeorſim menſam erigẽs, κοινωνίαν à Chriſto traditam diſſipat.* Nã *de* Miſſæ *ſacrificio mox dicendũ erit.*

Hebr.10.a.5. Artic.29.

Annotatio, Sacrificia omnia reiiciuntur præter Chriſtũ, Bibl.1532. 1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio ſuſpecta eſt contra ſacrificia quotidiana Miſſæ, vt ab authore ſuſpecto prolata, vt qui omnino nihil meminit ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti in locis vbi de eo agitur apud Euangeliſtas, & B.Paulum. Propter hæc eſt diminuta, cum deberet addere Sacrificia veteris legis: vt ſe declararet cõtra recentiores hæreticos tollentes ſacrificium Miſſæ.

Primùm mihi reſpõdeant, an non palàm aſſerat illic Apoſtolus, Chriſtum vnicam eſſe hoſtiam. At non eſt ille ſuſpectus author. Cur? An quia miſſale ſacrificium cõmendat? Nihilo *quidẽ magis quàm* Lutherus. *Quid volunt* Rabbini? *Clamat Scriptura, Chriſti mortem vnicum eſſe æternúmque pro peccatis ſacrificium. Clamauit & Chriſtus è cruce pẽdens, Cõſummatum eſt,* Iohan.19.e.30. *Et Cœnã ſuam inſtituẽs non mandat diſcipulis vt corpus ſuum amplius immolẽt: quin potius dicit,* Hoc eſt *corpus quod*

pro vobis traditur: accipite & mãducate. Luc. 22.b.19. *Matt.* 26.c.26. *Vnde adulterinum* Miſſæ *ſacrificium exortũ eſſe putabimus? Imò quid obſtabit, quin ſecurè pronuntient fideles, ſubuerti Chriſti crucẽ, ſimul atque erigitur ad ſacrificandũ altare?* Eadẽ *æquitate mihi ſuccenſent, quòd cœnæ myſteriũ in fœdam iſtã* Miſſæ *abominationẽ non trãſfiguro. Scilicet, vt me illis morigerũ præberẽ, dicendũ fuit,* Hoc *facite, id eſt ſacrificate. eſt enim illa magiſtralis gloſſa.*

Hebr. 10.c.12. *Artic.* 30.

Annotatio, Oblatio Chriſti ſola pro peccatis. Bibliis 1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc annotatio in ſenſu quẽ facit, cõſpirat hæreſi, vtpote innuẽs ſacramẽta & alia noſtra opera, vt ſunt eleemoſynæ, orationes, ieiunia, & huiuſmodi, nõ facere ad ſatiſfactionẽ ꝑ peccatis noſtris.

V*nus Chriſti ſanguis hoc encomio prædicatur, quòd nos mundet à peccatis.* 1. *Iohan.* 1.*c.*7. *Correctio enim pacis noſtræ illi fuit impoſita, vt eſt apud* E*ſaiam, cap.*53.*b.*5. Et *ſane nulla alia in* Lege *expiatio diuinitus præcepta fuit, quàm per ſacrificia: quibus adumbrauit* Deus

nõ poſſe alijs ſacrificijs redimi peccata hominũ, quàm Filij ſui victima. Ideo Chriſtus propitiatio vocatur, 1. Iohan. 2. a. 2. Erat enim Deus in Chriſto mundũ ſibi recõcilians, nõ imputans hominibus delicta, 2. Cor. 5. d. 19. Ideo per nomen eius offertur peccatorũ remiſsio, Act 10. g. 43. Obtrudãt nunc cenſores, vt volẽt, ſuas ſatiſſactiones Deo. Interim Eccleſia Dei pretio redẽptionis ſuæ cõtenta erit. Sacramẽta iactant facere ad ſatiſfactionem. Quaſi verò illuc aliquid ſuũ afferant fideles: ac non potius bona omnia, quorũ ſe vacuos & inopes fatentur, in Chriſto quærant. Baptiſmus ſcilicet opus eſt meritoriũ, in quo ſordes noſtras abluẽdas afferimus. Cœna eſt ſatiſfactio, in qua fatemur nos eſſe mortuos, niſi quatenus mera gratia nos Chriſtus viuificat. Habeãt ergo iſtos pro fidei columnis, qui in abyſſum inferorum ſponte ruere volent.

Eſaiæ 66. g. 21. *Artic. 31.*

Et aſſumam ex eis ſacerdotes. *Annotatio,* Id eſt, qui ſeipſos offerant mihi, vt olim apud Iſraelitas, Sacerdotes & Leuitæ oblationes offerebant. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc interpretatio indiſtin-

ctè & diminutè poſita fauet Lutheranis aſſerentibus omnes Chriſtianos eſſe Sacerdotes.

Ne multis agendo, tempus fruſtra teratur: vel Lutherum *probum & fidum Scripturæ interpretem, vel Scripturã* Lutheranam *ipſos fateri oportet.* Hoc *poſterius nemo pius admittet.* Reſtat *igitur vt Scripturam aboleãt, cuius liquidum ac dilucidum ſenſum etiam qui verbis nihil variat, ferociter dãnare non verentur.* Dicit *Propheta, cooptandos eſſe in Sacerdotes, qui non tantùm ex promiſcuo* Abrahæ *genere erãt, ſed extranei prorſus à populo* Dei. *Quid aliud afferet loci interpres, quàm comparationem illã, Sacerdotes ſub regno Chriſti eſſe* Leuiticus *ſubrogãdos, qui ſeipſos offerãt* Deo, *non pecudũ victimas? Quo ſenſu* Petrus *omnes ſine exceptione vocat regale ſacerdotium,* 1. Pet. 2.*b.*9. *Porrò ſacerdotium hoc, quod inter Chriſtianos commune eſt,* Eccleſiæ *ordinem minime turbat, quin peculiaris ſit* Paſtorum *vocatio, vt habetur* 1. Corinth. 12.*d.* 28, *&* Epheſ. 4.*b.* 11. *Sed non obſcurè vident lectores, cenſoribus nullum eſſe in* Eccleſia *miniſtrum, niſi qui ſit*

Chriſti carnifex.

Eſaiæ 66.a.1. Artic.32.

Annotatio marginalis, Non in manufactis templis habitat Deus. Bibliis 1528. 1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Quâuis hæc propoſitio vt eſt in ſacra Scriptura, ſit indubitanter vera, ſecundum ſenſum quem prætendit Spiritus ſanctus: nihilominus ex falſo intellectu Scripturarũ ſæpiſſime citatur ab iis qui conformiter ad Lutheranos conátur deſtruere tépla materialia, vt multa alia ſuſpecta ponũtur in iſtis annotationibus.

Hoc verò eſt palàm obſtrepere Deo, vt liber Iob impios loquentes inducit, cap.21 b.14, Recede à nobis, ſcientiam viarũ tuarum nolumus. Prophetæ verbis, Stephani expoſitionẽ, quæ in Actis habetur, cap.7.f.48, ad marginem adſcribo. Vera eſt, inquiunt, propoſitio vt legitur in Scriptura, Sed poſita ad marginem paginæ, ſuſpecta eſſe incipit. Nempe eadẽ eſt quæ Iudæos in rabiem accẽdit vt Stephanum lapidibus obruerent. Prophetæ mortuo, cuius recepta erat authoritas, maledicere non audebant: ſed lace-

rabãt præſentẽ Stephanũ, qui nihil erat quàm fidus eius interpres. Iſti prorſus idem Stephano facturi, ſi viueret, in alterum Stephanũ longe quidem diſparẽ, ſed qui prioris tamen veſtigia, licet procul, ſequi conatus eſt, rabiem deriuant. Obtendunt in peruerſum ſenſum adduci hæc verba. Quiſnam eſt ſenſus ille? Vt templa materialia deſtruãtur. Quaſi verò templorũ vſum abolere cuiquam in mentẽ venerit. Sed eos vrit interior ſua ſcabies, quòd Deum alligãtes ad craſſum carnalémque ſuum cultum, lapideis templis eum includunt. Siquis reclamet, Lutheranus eſt.

Rurſus Eſaiæ 66.g.23. *Artic.33.*

Et erit menſis ex menſe. *Annotatio,* Templi hîc nulla fit mẽtio: quòd tempore Chriſti loca omnia futura erant orationi opportuna. Bibliis 1545.

Cenſura, Quãuis hæc interpretatio in ſe ſit vera, ex quo tamen impertinens eſt ad intelligentiam textus, videtur potius fauere iis qui volunt templa deſtruere.

Nunc mihi probabilis eſt eorum coniectura, qui præcipuè huius vltimæ cõcionis odio, ſerra

diſſectum fuiſſe Eſaiam putant à genero Manaſſe. Nam clarius agnoſco, quàm multa contineat hypocritis infeſta. Nec quiſquã eſt mediocri ſenſu prædítus, qui non idem mecũ videat. Volunt hypocritæ Deũ habere ſibi obſtrictum, vbi inſtar puppæ, ceremonijs neſcio quibus eum ornarunt. Illudi ſibi tam pueriliter nõ patitur: faceſſere igitur iubet tales ineptias. Fuit hoc ordinarium Prophetarum certamen aduerſus veterem populum. Quicquid nunc Rabbini coloris obtendant, eadem illis eſt cauſa. Interpretatio, inquiunt, vera eſt: incendio tamen tradatur liber. Fauet enim eorum errori qui templa deſtruunt. Atqui hoc primo loco quærẽdum erat, ſintne templa Baal, an Dei viui, quæ deſtruuntur. Quòd ſi illos templorũ cura ſolicitat, Chriſti potius ſententiam expungant, quæ multo apertius locorum diſcrimen abolet, quàm mea annotatio, Venit hora, quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitur Deus. Nã veri adoratores adorabunt Deum in ſpiritu & veritate: quia Deus tales quærit cultores. Spiritus eſt, & vult coli in ſpiritu & veritate. Iohan. 4. c. 21.

Leuit.21.a.1 Artic.34.

Annotatio, Sacerdos non interſit mortuorum exequiis. Pontifex non ingrediatur ad mortuũ. Bibliis 1532. 1534.1540.1546.

Cenſura, Dát hæ annotationes anſam Lutheranis tollentibus funeralia, & alia quæ fiunt pro ſuffragiis mortuorum in Eccleſia: quáuis ceremoniale eſſet in veteri Lege, vt ſacerdotes abeſſent funeribus mortuorum paucis exceptis.

Siquis locum inſpiciat, hoc dici à Rabbinis animaduertet, Quanuis cõtineat textus quod refert annotatio: nobis tamen moleſtum eſt referri. Prohibet Deus ſacerdotes à mortuorum exequijs. Id breuiter annoto. præberi anſam dicũt funeralibus tollendis. Dicit Solomon, Impios fugere nemine perſequente, Prouer.28.a.1. Sed iſti nemine moleſtiam præbente, tumultuoſè irruunt, & prælium ab otioſis & quieſcẽtibus inferri clamitant. Nempe verè dictum eſt veteri prouerbio, Cæcum & ſurdũ eſſe ventrem. Iſti enim qui non tam pro Aris quàm pro Focis pugnant, ſimul ac de exequijs iniecta eſt mentio, ignem purgatorium, qui ſolus corũ cu-

linas calefacit, extingui putantes, ſurdo & cæco impetu ſe contrà opponunt.

Deut.8.d.18. Artic.35.

Annotatio, Diuitiæ & alia corpori neceſſaria, miſericordiæ Dei tribuenda, non noſtris viribus. Bibliis 1528.1532.1540.1546.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt pro ſecunda parte, Non noſtris viribus: & ſapit hæreſim.

Si proprijs viribus victum & corpori neceſſaria ſibi comparant homines, mendax eſt ac ſimulata precatio, qua nobis panem quotidianũ à Deo *donari optamus.* Et *illo teſtimonio, vnde decerpta eſt annotatio, nihil clari⁹,* Ne *dicas in corde tuo,* Fortitudo *mea & robur manus meæ dedit mihi hæc omnia. Sacrificent ergo iſti virtuti ſuæ, & in ea ſuperbiant.* T*ãdem viſitabit* Dominus *ſuper fructum magnifici cordis quod ſecum ita loquitur,* In *fortitudine manus meæ feci, &c. quemadmodum denũtiat per* E*ſaiam, cap.* 10. *c.* 13. N*obis ſciamus nullũ niſi* ex Dei *benedictione ſucceſſum ſperandum eſſe.* F*ruſtra mane ſurgunt, fruſtra ſero cubitum eunt, & comedunt panem doloris, qui viribus ſuis freti la-*

borant: cum interea Dominus ſomnum electis ſuis concedit, Pſal. 127.a.1. Neque tamen propterea ignauiæ indulgendum. Sed qui operibus ſuis manum admouēt, ſcientes irritum & nihili fore laborem ſuum niſi à Domino benedicatur, ſucceſſum à viribus ſuis non ſperent. Neque enim in tibijs viri beneplacitum eſt Domino, Pſal. 147.b.10.

Deut. 11.d.26. Artic. 36.

Annotatio, Benedictio obedientibus, maledictio non credentibus. Bibliis 1528. 1532.1540.1546.

Cenſura, Vtraque annotatio in ſe vera eſt: ſecūda tamē male applicatur textui, quia loquitur ibi textus de operibus. Annotatio autem tribuit peccatum ſoli infidelitati, conformiter ad Lutheranos, ponentes peccatum duntaxat in infidelitate, vt econtrario, Omne opus bonum in ſola credulitate collocant.

Agnoſco lapſum incuriæ, quòd participium vnum, alterius loco poſitū eſt, ſed viciſſim agnoſcant in cenſoribus Lectores amarulētiæ virus. Ex priore antitheto mendum in altero corri-

gere promptum erat. Benedictio *promittitur obedientibus.* Hinc *ſequitur maledictionem inobedientibus inſtare. Colligunt quidem nullum me peccatũ cenſere, præter infidelitatem. Mihi verò vt fons omnium eſt incredulitas, ita hæc abſurditas nunquam in mentem venit, quòd ſola ipſa ſit peccatum.*

1.Reg. 11.b.8. *Artic.* 37.

Annotatio, Vxores quidem ſacrificauerũt idolis, nõ Salomon. Bib. 1540. 1546.

Cenſura, In textu quidẽ non exprimitur quòd ſacrificauerit Salomon. quanuis ſit veriſimilius id feciſſe, cum exprimat id textus quòd ipſe coluerit, deos alienos ſecutus ſit, templa idolis conſtruxerit: quæ tria deteriora ſunt quàm ſacrificare. Ideò temerarie aſſeruit author huius annotationis Salomonem non ſacrificaſſe, cum textus id non neget.

Vide quàm ſubtiliter ratiocinentur cẽſores. Refert Scriptura quòd Solomon deos alienos coluerit, ſecutus ſit, tẽpla cõſtruxerit: ergo ſacrificia obtuliſſe veriſimile eſt. Ego contrà potius colligo, cũ diſertè & ordine cõmemoret pecca-

in quibus reprehenſione dignus fuit Solomon, de ſacrificijs verò nulla fiat mentio: non fuiſſe huius vltimi criminus reũ. Quicquid *ſit, hoc tamen euincam, eius generis eſſe quæſtionem, de qua in vtrãque partẽ diſputare liceat.* Augu*ſtino quidẽ non videtur eſſe credibile, quòd errore putauerit* Solomon *colenda eſſe idola: ſed putat mulierũ blanditijs hoc potius dediſſe. lib. de ciuit.*Dei 14*.cap.*11. *Cum ego nõ aliud voluerim, non fuit cauſa cur in me tam amarulenti eſſent* Rabbini: *niſi quòd vbique de nihilo in me inſaniunt.*

*Deut.*15.*a.*4. Artic.38.

A*nnotatio,* Prohibetur mendicitas. Bibliis 1528.

C*enſura,* Licet textus Deut.15, intendat quòd in Iudæis diuites ſic prouiderent pauperibus vt hi nõ mendicarent: propoſitio tamen falſa eſt, & retractiua à votis & religione mendicantium, oneroſa & grauis pauperibus, quibus forte non eſſet ſubuentũ: & taxat Reſpublicas quæ non ſubueniunt.

Perinde faciunt acſi de Rege *noſtro dictum*

interpretarentur quod apud Ieremiam *habetur de* Rege *in exilium trahendo.* Illic *de politia* Iſraelis *agitur.*Breuiter *annoto, mendicitatem prohiberi.*Prodeunt *otioſi ventres, abortiuus ſatanæ partus: ſibi iniuriam fieri querũtur, niſi refertas ſemper habeant manticas.*Non *ſatis eſt illis cum imperioſa mendicatione impune graſſari, niſi* Legem *à* Deo *olim latam, ex hominum memoria deleant.* Et*ſi fruſtra de ſtatu ſuo anxij ſunt. qualis enim iſta eſt mendicatio, quum violẽtius ſuas collectas extorqueant, quàm vlli vnquam tyranni ſuas exactiones?* Dixit *olim* Micheas *de pſeudoprophetis, Siquis nõ congerat in os ipſorum, ſanctificant ſuper eum prælium. cap.* 3. *b.* 5. Et *vulgare prouerbium eſt,* Armata *manu petere latrones eleemoſynam.* Quantum *vtroſque ſuperẽt iſti* πλουσιόπτωχοι, *teſtis eſt mundus.*Quãtum *ad ordinem ſpectat, quo gloriantur, tranſigant hanc litem cum* Paulo, *qui inordinatum vitæ genus eſſe prædicat, ſi quis alienum panem mãducet,* 2. Theſſal. 3. *b.* 6. Siquis *plura deſideret in monachos dicta, qui ſub pietatis ſpecie ex alienò victum ſibi dari poſtulãt, librum* Auguſtini *legat de opere mona-*

chorum. Quòd conflandæ mihi inuidiæ cauſa reſpublicas non ſubuenientes pauperibus, à me taxari odioſè commemorãt, in eo apparet tam publica eorum quàm priuata charitas. Pauperes negligi, vitium illis non eſt: aut ſaltem diſſimulatione tegendum videtur. Qui verò contra muſſitare auſus fuerit, eũ lapidationi obijciũt.

Deut. 15. a. 4. Artic. 39.

Annotatio altera, Alendi pauperes, neque permittendum vt mendicent. Bibliis 1540. 1546.

Cenſura. Hæc annotatio eſt eiuſdẽ farinæ cũ præcedẽti, quoad ſecundã partẽ.

Quid facerem? ſummaria, quæ vocant, ſingulis capitibus adſcribo. Niſi lectorum oculos configam, aut vltrò malæ fidei vel ignauiæ crimen velim incurrere, neceſſe habeo notare quæ omnium oculis patebunt. Hæc cauſa eſt cur farinam quæ in mea annotatione non placet, ſua nigredine aſpergant.

Ezech. 36. e. 22. Artic. 40.

Annotatio, Beneficia in Iudæos collata, miſericordiæ Dei tribuenda, non eorũ meritis. Bibliis 1528. 1532. 1534. 1540. 1546.

Cenſura, Licet Dominus Deus ex benigna ſua miſericordia in Iudæos multa contulerit, tamen hæc annotatio vniuerſaliter intellecta, falſa eſt, & eneruatiua bonorum operum.

Longius progreditur Scriptura, & magis vniuerſalem ſententiam pronuntiat, quum negat D*eum terram* I*udæis dediſſe propter iuſtitiam eorum.* D*eut.9.a.5.*N*am iuſtitiæ nomen paſſim in Scriptura occurrit, meriti nulla vſquã mentio.* V*erum vt alijs teſtimonijs ſuperſedeã, vnus* E*zechielis locus, vnde ſumpta eſt annotatio, ad defenſionem abunde ſufficit,* N*on propter vos faciam, ſed propter me, domus* I*ſrael.*N*am qui hac voce excludi merita omnia non videt, pluſquam cæcus eſt.* A*dhæc, ſi verum eſt prius membrum, vt concedunt, tribuenda eſſe miſericordiæ* D*ei quæ* I*udæis contulit beneficia: inde ſequitur alterum, teſte* P*aulo,* N*õ igitur meritis.* N*am ſi ex gratia: non ex operibus, inquit ille. alioqui gratia nõ eſſet gratia.* R*om.11.a.9.* E*t prius dixerat, mercedem nõ imputari ſecundũ gratiam, ſed ſecũdum debitum,* R*om.4.a.4.* N*ouam ergo fabricam, & alienam à* P*auli ſen-*

ſu fabricẽt cenſores, vt perſuadeãt hominũ meritis debere adſcribi, quod à Dei miſericordia prouenit. Eneruari bona opera improbe calumniantur, dum vetatur in illis homo confidere aut gloriari. Nullus enim melior bene viuendi magiſter quàm Dei Spiritus, qui operibus noſtris nihil deberi vbique clamat. Sed vnde hæc ſubita Magiſtris noſtris bonorum operum cura, quibuſcum nihil vnquam commune illis fuit?

Coloſſ. 2. c. 15. Artic. 41.

Annotatio, De cibis, feſtis, & conſtitutionibus hominũ, Bib. 1532. 1534. 1540. 1546.

Cenſura, Cum diuus Paulus hoc in loco reprehendat ſolum obſeruantes legalia more Iudaico: hæc annotatio generaliter inducta fauet damnantibus ciborum delectum, feſta ſanctorũ in Eccleſia obſeruata, & humanas conſtitutiones.

Legaliáne tantum attingit illic Paulus, cum nominatim hominum traditiones deſignet? Hoc quidem vulgare eſt illis effugiũ, Iudæis dictum eſſe, quod à ſe reijciunt: ſed quod nullo negotio obſtruere licet. Bene tamen eſt, quòd humanas cõſtitutiones eſſe nunc fatentur, quas hactenus

pro Dei oraculis venditarũt. Hoc certe imprudentibus effluxit. Cæterum, vt detur illis quod poſtulant, quàm ieiuna obſecro calumnia eſt, epitomen ex puris Apoſtoli verbis collectam arrodere, quaſi feſtum S. Chriſtofori damnem, quia Paulum de feſtis tractare indico.

Iob 28.*b*.13. *Artic*.42.

Neſcit homo pretium eius, neque inuenitur in terra ſuauiter viuentium. *Annotatio* *In verbo* Inuenitur, Oſtendit tandem fœlicitatem, quæ ſolis probis contingit, quæ æterna eſt, ſitã eſſe in ſola in Deum fiducia. Bibliis 1545.

Cẽſura, Siue loquatur de fœlicitate viæ, ſiue de fœlicitate patriæ, hæretica eſt annotatio, nec facit ad intelligentiã textus.

Mirum eſt hæreſibus adeò turgere, qui illas de nihilo ſubinde efflare non deſinunt. Nullum eſt prope fidei Chriſtianæ caput quod non hæreticum iam fecerint. Verum ſuas hæreſes ſpargendo, quibus totus orbis infectus eſt, nihilominus eas in ſuis viſceribus & Sorbonæ gremio fouẽt. Interim quicquid putrido eorũ ſtomacho nõ arridet, tanquã hæreticũ reſpuunt. Vera fæ

licitas non niſi probis contingit. Ea *æterna eſt: & eam ſola in* Deum *fiducia conſequimur.* An *ideo ſum hæreticus, quia beatos in æternũ fore* Dei *filios prædico?* Neque *enim aliud eſt quod* Epicureos *homines magis lædat.* An *vero illis moleſtũ eſt, ſolis probis eã deſtinari?* Nã *(quod illis eſt cum probitate diſsidium) vidẽt hoc modo ſe perpetuæ miſeriæ addici: forte illis diſpli cet, fœlicitatẽ cõſtitui in* Dei*fiducia.* Atqui *ſcriptũ eſt,* Beatus *qui in eo ſperat,* P*ſal.*33.*b.*9.*Itẽ,* Beati *omnes qui confidunt in eo,* P*ſal.*2.*c.*11. Ac *nequid impudentiæ reliquũ facerẽt, addiderũt, ſiue de patriæ, ſiue de viæ fœlicitate loquar, me vtroquẽ modo eſſe hæreticũ.* Atqui *ſi non æterna eſt illis cæleſtis fœlicitas: aut* Chiliaſtæ *ſunt, aut nouum aliud neſcio quod monſtrum.* Quin *etiam beati in hac vita ſemper ſunt fideles, & abſque fine, ſecundum aliquem modum: quia ſcriptum eſt,* Gaudium *meum nemo à vobis tollet,* Iohan. 16. *c.*22. Et Paulus *dicit,* Perſuaſus *ſum quòd neque vita, neque mors, neque præſentia neque futura ſeparabunt nos à charitate* Dei *quæ eſt in* Chriſto.Rom. 8.*g.*38.

4. Reg. 2. b. 11. *Artic.* 43.

Aſcēdit Elias per turbinem in cælum.

Annotatio, In cælum, id eſt in aerem, & locum aliquē trāquillitatis plenum, id eſt in ſinum Abrahæ, qui in aere potius collocādus videtur, quàm in terra. Bib. 1545.

Cenſura, Quum ſinum Abrahæ intelligamus ante Chriſti aduētum fuiſſe limbum ſanctorum patrum, ad quem illi defuncti tantummodo migrabant, falſum eſt quòd in ſinum Abrahæ tranſlatus eſt Elias, quum nondum ſit mortuus. Poſterior autem pars annotationis ſapit hæreſim, pro quanto ponit ſinū Abrahæ magis in aere, quàm in terra, quū in ſinum Abrahæ, ſeu in limbū patrum dictorum deſcenderit Chriſtus, iuxta id Apoſtoli, Ephe. 4. b. 9, Quod autē aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcēdit primū in inferiores partes terræ? Et iuxta id Zachariæ 9, Emiſiſti vinctos de lacu, in quo nō erat aqua.

Non fuit in aere locādus Abrahæ *ſinus. Eſto: fecerunt tamen hoc & alij ante me*. Et *Auguſtinus epiſt.* 57, *ad* Dardanum, *&* ad Euodium

99, ex *Lucæ verbis non temere contendit, ſcorſum eſſe, quia dicitur oculos ſuos extuliſſe diues in inferno cum eſſet: additúrque magnum chaos eſſe interpoſitum*, Luc. 16. *f*. 26. *En magnũ argumentum tragœdiæ*. *Quòd ſi per* Abrahæ *ſinũ, pro more limbum intelligunt, in quo animæ aliquid paſſæ ſint, longe diſſentiunt veteres*. Vt Auguſtinus *in locis iam citatis*, & Hieronymus *in caput* Eſa. 65, *vbi dicit trãquille in ſinu* Abrahæ *quieſcere fideles*. *Idẽ* Auguſtinus *lib. de Geneſi ad literam, cap*. 33, *Neque enim* Abrahàm & Lazarus *in ſinu, id eſt ſecreto quietis eius, in doloribus erãt, inter quorũ requiem & inferorũ tormẽta, legimus magnũ chaos interpoſitum*. Item *in* Pſal. 36, *animas fideles vſque ad extremũ iudicij diem conſtituit in ſinu* Abrahæ. *Contrà inſurgunt cẽſores, cum duobus Scripturæ locis, Deſcendit* Chriſtus *inquiunt, in inferiores partes terræ, teſte* Paulo, Ephe. 4. *b*. 9. *Si inferiora terræ limbũ ſignificant: nõ eſt* Abrahæ *ſinus ad quem ex inferis diues oculos ſurſum eleuauit. Si veterũ ſuffragijs pugnãdum ſit, habeo* Chryſoſtomi *interpretationem illis cõtrariam. Sed nimis cõtentioſus erit, cui aperta* Lucæ *verba non ſufficiẽt*. Zacharias, *cap*. 9. *c*. 11, *puteum*

in quo non eſt aqua, vocat exitialem abyſſum, vbi demerſi ſunt qui ſub miſera ſatanæ & mortis tyrannide tenentur. Quanto prudentius magiſtraliter ſine probatione loquẽdo, vetus ſuum priuilegium retinuiſſent? Nunc enim Scripturam inſulſe proiecta, non tantum peritis oſtendũt quàm infœliciter ſint in ea verſati, ſed pueris quoque ipſis ridiculos ſe faciunt.

1.*Timoth*.4.*a*.3. *Artic*.44.

Abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione.

Annotatio, Per Euangelium Dei declaratur nullum eſſe cibum immundum quo veſci non liceat ſine peccato, quod in veteri Lege aliter erat. Vel, peccatorem non reddit hominem qui Euãgelio credat. In ſummariis 1541. & marg. 1543. 1545.

Cenſura, Hæc annotatio pro vltima parte eſt ſcandaloſa, fauens iis qui tollunt delectum ciborum, & contemnunt ordinationes eccleſiæ quibus inſtitutum eſt vt certis diebus à certis abſtineamus cibis. Intentio autem huius annotationis clarius oſtenditur in indice Biblio-

rum 1528, vbi habetur, A cibis abſtinere docentes, doctrinam dæmoniorum docent. 1. Timoth. 4. a. 3 Bibliis 1545.

Quid aliud potui, quàm annotare quæ à Paulo dicũtur? Vellent forte Sorbonica licentia reſtringi ad carnem ſuillam quod Paulus de cibis loquitur. Atqui Paulus venturos extremis temporibus docet, qui fideles probiberẽt ab eſu carnium. Dicent Montanum, Eucratitas, & ſimiles hæreticos taxari. Verum quia non eſt acceptio perſonarum apud Deũ, de reipſa loqui ſatis habui. Scandaloſa eſt propoſitio, inquiunt. Cũ Paulo igitur expoſtulẽt, qui ſic ad verbũ loquitur.

Ad *Titum* 1. *d.* 15. *Artic.*45.

Omnia mũda mũdis. *Annotatio*, Omnes cibi, etiam Lege vetiti, ſunt puri fidelibus, hoc eſt, illis veſci poſſunt ſine peccato. Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio eſt eiuſdem farinæ cum præcedente.

Dicerem eos nimis ad farinas eſſe intentos, & tyrannicis ſuis legibus metuere: niſi res ipſa coargueret, hic gratis eos maledicere. Diſerte cibos exprimo Lege vetitos. Hoc vnũ ſibi gra-

ue aut ſuſpectũ ſuprà fingebant, quòd legalium nulla fieret mentio. Quid nunc coloris barbaræ ſuæ truculentiæ obtendent?

Heb. 13. b. 9. *Artic.* 46.

Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, non eſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eis. *Annotatio,* Id eſt, quæ non profuerunt iis qui earũ delectum habuerunt. Bibliis 1545.

Cenſura, Suſpecta eſt hæc annotatio, cõſyderatis præſertim iis quæ habẽtur in duabus proxime præcedentibus annotationibus, & in eundẽ finẽ tẽdere videtur, quanuis parum differre videatur à textu.

Hic verò pluſquam canina eorum mordacitas ſe profert. Quanuis parum videantur differre à textu verba mea: volunt tamen ſuſpecta eſſe. Et vnde ſuſpicio? Quia ambulare, interpretor delectum habère. Quid? an illis ſignificat calcare pedibus? Totum mundum obmuteſcere cogerent, ſi eum obnoxiũ haberẽt ſuæ cenſuræ.

EPILOGVS.

Cæterum plures alii ſunt in hiſce Bibliis loci, iuſta forſitan animaduerſione digni, quos ex induſtria relinquimus nõ attactos: verum hos ipſos quòd non pateretur fidei integritas ſurda aure præterire, in præſens tantum annotauimus vt ab iis ſibi diligenter caueret Chriſtianus Lector. Hæc itaque Biblia à iá dicto Roberto Stephano 1528.1532.1534.1540.1545, ab incerto authore quoad nouam tranſlationem, noſtro textui exaduerſo reſpondentem, facta, & 1546 ſuis typis euulgata, ſupprimẽda ſunt. Partim quòd in iis multa contra bonos mores, religionis pietatem, ſanctorum patrum decreta, ac ipſius fidei placita temerarie inſerta ſunt. Multa quoque erronea, ſcandalum inducentia, impia, Lutheranis fauẽtia, hæreſibúſque iam olim damnatis cõſpirantia, imò in nonnullis quædam aperte hæretica, atque adeò blaſphema inſperguntur.

Adde quòd in ipſo dictorum Biblio-

rum cõtextu multa auſu temerario quandoque immutantur, quædam ſæpe minuuntur, quandoque & adiiciuntur multa præter germanam & ab eccleſia hactenus receptã lectionẽ: 'quod nulli priuatæ perſonæ facere, aut in publicũ edere, nec licet, nec vllo modo permittendum eſt.

'Concluſa ſunt hæc in congregatione noſtra generali apud Sorbonam, pluribus tamen congregationibus antea factis ſuper illa materia, poſt celebrationẽ Miſſæ de ſancto Spiritu. Anno Domini M. D. X L V I I, die verò X I X Octob.

Extractum die Lunæ, X I I I I Nouembris, M. D. X L V I I.

De mandato D. Decani, & ſacræ Facultatis Theologiæ in Vniuerſitate Pariſiẽſi.

Ainſi ſigné Fournier. Ludlud.

Complures eſſe locos dicunt, forſitan iuſta animaduerſione dignos. Obſeruẽt lectores, non ſine cauſa ambigere Sorbonam. Quàm ſuperciliosè quiduis aſſerat, & quàm imperioſe quid-

uis damnet vel ex articulis iſtis abunde notum eſt. Plenis buccis hæreſim detonabant, vbi ne ex eorum quidem placitis vlla erat leuiculi erroris ſuſpicio. Nunc igitur rerum penuria eos paulo modeſtiores reddit. ſaltem hæc ab illis extorta eſt cõfeßio, Superioribus articulis cõprehẽſum, quicquid minus ferẽdum ipſorum iudicio erat.

N*on patiebatur fidei integritas tales cenſuras præterire.* Ergo *in reliquis fidẽ non periclitari annuunt.*

Sed operæpretium eſt videre, quàm bene ſibi conſentiãt. Proferunt in medium ſua iudicia, vt ſibi diligenter caueat Chriſtianus Lector. T*ertio deinde verſu attexunt, ſupprimẽda eſſe* Biblia. *ſi ſupprimãtur: quorſum cautio? Sic eueniat ſemper inimicis tuis* Domine, *vt phrenetico impetu ſecum ipſi confligant.*

Q*uàm vẽtoſa ſit iſta criminum enumeratio, qua me rurſum confodiunt, ex intuitu rerum iudicent* Lectores.

V*nũ crimen, cuius me inſimulant, diluendum reſtat.* M*ulta me temerario auſu immutaſſe mentiũtur.* Id *quale eſſet,* R*egi & eius cõſilio oſtendere promptũ fuit.* Nunc *idẽ apud vos pij* Le-

ctores, breuiter repetã. Biblia vt quàm emẽdatiſſima darẽ, collectis, vndecũque potui, vetuſtis exẽplaribus, ſedula eorũ collatione, ſiquid mendorum obrepſerat, reſtitui. Quum mihi hoc male feriati homines vitio verterent: prompta fuit defenſio. Nã ad manũ erant exẽplaria, & quædam tantæ vetuſtatis, vt oculos propè fugerent literæ. Talis fuit editio anni M. D. XXXII. Verum ea cauſæ meæ æquitas, quãtumuis apud homines mediocri ſenſu præditos plauſibilis, vix mihi in curia Pariſienſi quicquam profuiſſet, niſi me Dei manus ex præſenti incendio mirabiliter ereptum, ad alia deſtinaſſet. Neglecta enim veterũ codicum fide, parũ abfuit quin viuus ad ignẽ raperer. Nec aliud dici poteſt, quàm patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti vindicẽ & liberatorem meũ tunc mihi adfuiſſe. Eo periculo defunctus, in proxima editione ſuã Magiſtris noſtris mẽdoſam lectionem in cõtextu reliqui, genuina lectione ad marginem appoſita. Notas præterea addidi, quæ exemplaria illa ſignarent, vnde intelligerent Lectores ex quo codice vnaquæque correctio ſumpta eſſet. Sciebant quũ me coram Rege Hẽrico in Prætorio Fontiſbellaquæ hac

calumnia grauare auſi eſſent, ita ſe fuiſſe refutatos, vt obmuteſcere coacti ſint. Nũc tamẽ tantæ ignominiæ obliti, eãdem iterare non verẽtur.

Homini priuato licuiſſe negãt tale quicquam aggredi. Hanc mercedem immenſis laboribus, quos in publicum Eccleſiæ bonum exhauſi, ingrati homines referunt. Nec mirum, vt pote qui totam pietatis doctrinam non modo in libris adulteratam, & innumeris erroribus conſpurcatam, ſed ex hominum memoria prorſus abolitam cuperẽt. Fateor quidem nonnullos me reperiſſe ex eorum grege, qui ſponte currentẽ adhortarentur: quod mihi ad firmandum animum nonnihil profuit, vt cõtempta factione, quæ ex indoctis, malignis, barbaris, nihiliquehominibus conſtat, ad noua ſubinde prælia me accingerem.

Tandem admonent, compoſitum fuiſſe decretum poſt Miſſam de Spiritu ſancto celebratam. Oportuit ſcilicet, vt ſcribẽdis tam ridiculis nænijs ſpiritum quo reguntur, ex lacu Auerno elicerent, ſolennem exorciſmum inſtituere. Bene tamen habet quòd omnibus palàm fiet, cuius generis oracula à ſpiritu vel miſſario, vel miſſali dictentur.

AD POSTERIORES ARticulos *qui ex* Theologorum *archiuis eruti & producti ſunt,* Roberti Stephani *reſponſio.*

QVia ſperauerāt initio Sorbonici magiſtri, tum ultuando ſe facturos vt indicta cauſa damnarer, famam in compitis, in ſcholis, in conuiuijs ſparſerant, errorū myriadibus referta eſſe Biblia *à me impreſſa.* Hæc *tonitrua fuerūt, quibus attonitas eſſe omniū mentes cum putarent, coram ſecretiore* Regis *conſilio in* Prætorio Fontiſbellaquæ *iactare non ſunt veriti, ſe vltra quinque errorum milia annotaſſe.* Iuſſi *proferre catalogum, pro ingēti illo numero, tandem imperio coacti, quadraginta ſex, quos iam recenſuimus, afferunt.* Vt *autem ſolent aduocati noſtrates, craſſis literis, & longa verſuum diſtantia, chartas ieiunas venditare: ſic iſtis, vt magnæ farraginis ſpecies appareret, multas chartas paucis verbis illinere viſum eſt.* Quū *puerili iſta pompa grauibus & peritis viris riſum mouiſſent, deprehenſa quoque in articulis fuiſſet futilis eorum vanitas: iubentur*

de integro proferre, ſiquid habeant reſiduum. Boni *autem* viri, *vt ſolent caupones, recoctum idem ferculum, & nouo condimento fucatum, bis aut ter apponere: eoſdem illos articulos diſtribuunt in duas claſſes, ordine tantum mutato: vt articulus quē prius fecerant* 28, *nunc ſecundus foret.* N*emo non mirabitur, non ſine* Re*gis, totiúſque conſilij ludibrio, hoc tentare fuiſſe auſos.* V*erum in eo ſe prodit pluſquam ſupina eorum ſecuritas, quòd ne aſtute quidem illudere, illis curæ fuit.* N*am primū articulum, qui in mediam turbam reiectus, latere poterat, ſuo loco reliquerunt.* I*nde coniiciat* Lector, *quàm faſtuoſe vulgo inſultent, qui ne* P*rincipis quidem ſui oculos contumelioſe fallacijs ſuis illinere veriti* ~~non~~ *ſunt.*

Addita *fuit inſcriptio priori claſſi, qua iā antè vſi fuerāt, niſi quòd pauculis verbis additis, putarūt nouam & diuerſam viſum iri.* N*ēpe vbi erat,* pro ſua cuiuſque cenſura: *repoſuerunt,* ſua pro cuiuſque merito cēſura. *Itē, vbi poſuerant,* diuerſis tēporibus excuſis: *ſcripſerūt,* diuerſis temporibus ſuo prælo excuſis. H*anc inſcriptionem articuli ſequuntur ex*

priore catalogo tranſcripti, inuerſo ita ordine. 1.28.34.27.19.21.18.17.352.36.38.39.6. 37.7.16.3.32.22.12.40.8.41.29.30.9.

Diceres Pythagoricos eſſe, qui in miſcendis numeris tam ingenioſi ſunt artifices. Ego fucum detexiſſe contẽtus, vt emptorũ ſumptui, & Lectorum moleſtiæ parcerem, nolui cõplures chartas ſuperflua repetitione farcire. Subiicitur epilogus, omiſſa tãtum illa parte quæ de noua trãſlatione prius inſerta fuerat. Voluerũt enim prouidi homines aliquid habere repoſitum, qua ſecundã claſſem ornarent. Item decreti publicatione, Concluſa ſunt hæc in congregatione noſtra. *Atque id prudenter: quia pro eodẽ ſanciendo placito bis haberi conuentum, & ſacram* Miſſam *celebrari, nihil opus erat.*

Secundæ claſsis articulorum hæc fuit ſuperſcriptio, mutata paululum ex priore,

Catalogus inſigniũ lapſuum & errorũ, ſeorſum collectus ex annotationibus Bibliorũ à Rob. Stephano typis excuſorũ M. D. X L V, qui à ſacro Facultatis Theologiæ Pariſienſis collegio recenſiti ſunt.

Quaſi verò priores articuli nō fuerint ex iiſdem annotationibus illis congeſti. Porrò in hac quoque ſecunda claſſe ſuū illud in numeris tranſferendis artificium ſecuti ſunt: acſi præſtigiis oculos faſcinare hoc modo poſſent. Fuit igitur ita digeſta ſeries.

43. 42. 7. 10. 13. 14. 26. 11. 5. 4. 23 20, 25. 15. 51. 23 34. 44. 45. 46.

Talis autē duarū claſſium architectura fuit vt priorū numerum X L V I *cōpleret: niſi quòd per incogitātiam, vel (vt magis proprie loquar) per ſocordiā, omiſſus fuit decimuſnonus, & eius loco duo geminati, ſeptimus nempe & decimus: forte vt articulus vnus auctarii ſpeciem præberet. Et huic verò ſecundæ claſſi aſſuerūt epilogum ſequentem: vt re non inſpecta, crederēt imperiti, aliquid produci adhuc non viſum.*

Hæc itaque editio Bibliorum noua ab incerto authore facta, ac per Robertū Stephanum anno M. D. X L V, typis excuſa, nōſtróque textui ex aduerſo reſpondens, ſexcenties immutat verba, & frequenter ſentētiá ac ſenſum, demítque, & ſuperaddit ſæpenumero. Cui adiunguntur non-

nullæ annotationes quæ cõtinent quamplurima ſuſpecta,falſa,erronea,ſcandaloſa,fauentia cõſpirantibus hæreſibus, Lutherana, impia, blaſphema, & hæretica. Ideóque nulla ratione tolerãda, ſed quãcitiſſime ſupprimẽda: ne plures inde hallucinati pereant, plurimóſque ſecum in errorum barathrum pertrahant.

Eant nunc incendiarij iudices, & Sorbonæ placitis non ſecus habendam fidem ſtatuant, acſi re decies cognita ſibi liquere pronuntiarent. Omitto quòd tam garruli in menſa, verborum nunc pluſquam ieiuni vel parci apparent. Quid enim ſibi vult, quòd bis & ter quatuor verſus infarciunt? An forte veriti ſunt, ne memoria efflueret tam compta lepidáque oratio, niſi inſtar Prætorij edicti, paßim occurreret? At quãto ſatius fuiſſet, nuditatem ſuam ſilẽtio tegere. Detur tamen ineptijs iſtis non ferendis venia. Hoc dico nimis craſſam eſſe impoſturam, quòd decerptas ex annotationibus ad nouam tranſlationem adiectis ſuas cenſuras obtendunt, quas tamen ſinguli indices aliunde ſumptas eſſe clamitant. Cæterũ cum ad alia reſponderim, vnum

in præſentia tantum attingam. Quòd ſenſu & verbis noua trãſlatio à veteri diſsidet, quid periculi obſecro? Aut fas eſſe negent, ex Hebraica *lingua* Biblia *tranſferre: aut diuerſitatẽ, de qua queruntur, admittant. Quid enim? an erit noua tranſlatio, quæ nihil à vulgari differet? Bene an male quidquã mutatum ſit, non inquirunt: quaſi ad cauſam nihil referat. Vnum crimen allegant, mutari ſexcenties verba, & interdum quoque ſenſum.* Hoc *quid aliud eſt, quàm* Typographũ *damnare, qui duplici tranſlatione edita, plus lucis* Scripturæ *addere conatus ſit? Sacra illis & inuiolabilis eſt vetus tranſlatio.* Fruãtur *ea ſane. Sed quid vetat alias etiam cõferre? Cur non iſtud compendium arripiunt, delendũ eſſe* He*braicum textum, ne poſthac vetuſti interpretis errores deprehendantur? Qualis ſit editio illa, lectorũ eſto iudiciũ.* Ego *certe bona fide, adhibitis probis & doctis hominibus, non ſine matura deliberatione, tanquã apprime vtilẽ, delegerã.* Nonnullis *eorum probata fuit: alij cõplures, vt ſapere viderentur, auribus annuebant.* Et *hodie forſan adhuc præconium hoc duraret, niſi væſano mei odio correpti, ſe ad effrænem male-*

dicentiam proijcerent. Hoc ſaltem obtineo. non alio me crimine grauari, niſi quòd noua trāſlatione ad veterem eregione appoſita, Eccleſiam Dei iuuare conatus ſum.

Detecta aduerſariorum Chriſti impoſtura, prodeant nunc poſteriores illi articuli: quorum huiuſmodi eſt inſcriptio,

CAtalogus inſigniorum lapſuū & errorum, collectus ex ſummariis, annotationibus ſeu commētariis, marginibus & textibus Nouorum teſtamentorum, à Rob. Stephano excuſorū diuerſis temporibus, videlicet annis 1542. 1543. 1545.

Quũ memoria repeto quid prius dixerint noſtri cenſores, iam mihi ex maximis difficultatibus enataſſe videor. Poſtquā enim non modo in leuiſſima quaque ambiguitate, ſed etiā in perſpicuis ſentētijs, & nihil quàm ſyncerā piámque doctrinam continentibus ſuas hæreſes ac blaſphemias crepuerāt, hoc erat extremum caput, Multa quæ illic complexi nō eſſent, poſſe videri ſuſpecta. Illa igitur ſuſpicio, quæ forte obrepere quibuſdam poſſet, nunc diluenda reſtat.

Matth.18.c.17. Artic.1.

Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ.

Annotatio, Eccleſiæ, Id eſt, cœtui & congregationi publicæ. In commentariis anni 1543.1545.

Cenſura, Hæc propoſitio diminuta eſt & fallax, ac fauens errori Valdenſium & Vvicleſiſtarum: necnõ derogans poteſtati prælatorum Eccleſiæ.

N*otula ad marginem appoſita, quia non ſatis plena eſt propoſitio, eos male habet.* Atqui *præcipua annotationum gratia, eſt breuitas.* Nec *verò illic me commentarios ſcripturũ profiteor, qui maiorem verborum copiam tuliſſent.* Fa*llaciam oſtẽdant, ſiquam ſubeſſe credi volũt.* Le*gitimæ vero præſulũ poteſtati derogare, conſilium non fuit.* S*cio in veteri populo fuiſſe, ſenatus inſtar, ſynedrion quod vocant, vt in* Eccle*ſia legitimus eſſet iuriſdictiònis ordo.* Hic *mos ſtatim ab initio in* Eccle*ſia Chriſtiana obtinuit.* Nec *verò aliter ſalua manere diſciplina inter homines poteſt.* Pe*nes talẽ cõſeſſum quin iure* Ec*cleſiæ authoritas reſideat, non inficior.* At*qui videmus in quàm miſeram confuſionem res col-*

lapſæ ſint.Iã ætate ſua querebatur Ambroſius, *nõnihil mutatum fuiſſe priorem ſtatũ,quia non deligebantur ex plebe ſeniores,qui morum cenſuram agerent.*Idque *imputat doctorum ſocordiæ, vel potius ſuperbiæ, in quintũ caput prioris ad* Timot.*Si ſordidum quæſtũ,ſi dirã ac ſæuam tyrannidem noſtri temporis vidiſſet: quid obſecro dicturus erat?*Cæterum *hoc tantum nomine accuſor,quòd* Eccleſiam *publicum cœtum vocaui: quaſi nonniſi vnus ſit homo.*

Matth.19.a.3.& Marc.10.a.2. Artic.2.

Annotatio, Vxor ob ſolam fornicationem dimittẽda. In marginibus anni 1543. & 1545, & in ſummariis 1541.

Cenſura, Hæc annotatio in ſenſu quem prætẽdunt hæretici, qui falſò aſſerunt ob fornicationem matrimoniũ ſolui quoad vinculum, hæretica eſt.

*Cur non potius quid in textu legatur reputãt, vnde collecta eſt annotatio? Chriſti verba ſunt, ne quis vxorem niſi fornicationis cauſa dimittat.*Id *ego totidem fere verbis indico.*Com*mentum attexunt quod pro meo damnent.*Sol*uatúrne diuortio coniugium, vel thoro dunta-*

xat tenus, vel ad vinculum vſque, nihil ad cauſam præſentẽ. Vnam diuortij cauſam adulteriũ vno verbo eſſe dixi: quod ne ipſi quidem negant. Aliũde cur accerſant, quod ſub mea perſona oppugnẽt, nulla eſt ratio. ſcire tamen velim quo authore hæreticos faciant, qui maritũ repudiata vxore adultera, liberũ eſſe dicunt à vinculo prioris coniugij. Lege Moſis permiſſa fuit talis libertas. Eam Chriſtus adeò nõ abolet, vt potius ratam eſſe velit. Nam licẽtiam in alijs diuortijs corrigens, nominatim licere pronũtiat repudiare adulteras. Certe exceptio nihil ex eo mutatum eſſe docet quod Lege conſtitutum erat: ſed mœchari dicit ſiquis repudiatã duxerit: nempe cum qua vir libidine, non iuſta cauſa fecerit diuortium: ſicuti ex contextu liquet.

Luc. 2. c. 34. *Artic. 3.*

Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.

Annotatio, Quaſi dicat, hic cauſa erit quamobrem multi Iſraelitæ cadent ſiue peribunt: & multis rurſus erit cauſa ſalutis. In commentariis anni 1543 & 1545, & in ſummario 1541.

Cenſura, Hæc propoſitio, Hic cauſa erit quamobrem multi Iſraelitæ cadent ſiue peribunt, & multis rurſus erit cauſa ſalutis: indiſtincte capiendo cauſam, eſt hæretica & blaſphema.

Fateor ſi indiſtincte capere libeat cauſæ nomen, falſam & impiam eſſe ſententiam. ſed quum idem pie dicatur, atque ita loqui, vſu receptum ſit: quid eos ad obſtrependũ cogit, niſi quòd maligni ac ſiniſtri ſunt interpretes?

Luc. 6. e. 37. *Artic. 4.*

Nolite iudicare, & non iudicabimini.

Annotatio, Dictio Græca etiam accuſare ſignificat, vt ſit ſenſus, Neminem accuſetis, niſi & ipſi accuſari velitis. Quòd ſi aliquem veſtra iam accuſatione ad iudicem pertraxeritis, ne curetis eum condemnandum: niſi & ipſi condemnari velitis. In commentariis 1541 1543. 1545.

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt & erronea pro illis partibus quibus hortatur, neminem accuſemus & neminem curemus condemnandum, & retrahens à punitione malefactorum.

Atqui neque hæc theologica eſt expoſitio, ſed grãmatica ſolum: & nihil in ea meũ eſt: modo ne calũnioſe deprauẽt quod recte & vere dictũ eſt. Nã quomodo accuſare, ac maleficia perſequi liceat ac nõ liceat, ſcite & prudẽter Auguſtinus ediſſerit, epiſtola quinta ad Marcellinum.

Ibidem. *Artic.5.*

Dimittite, & dimittemini. *Annotatio,* Vel abſoluite, & abſoluemini. q. d. eum quem ad iudicem pertraxeritis vobis condemnandum, abſoluendum curate, ſi & ipſi abſolui velitis. In commentariis 1541. 1543. 1545.

Cenſura, Hæc propoſitio proximè præcedenti conſpirat, & vtraque expoſitione author textum perperam interpretatur.

Siquis ita noxios abſolui velit, vt ſceleribus ſit impunitas, quæ eſt illecebra peccandi: eum merito damnari fateor. Sed cum hic priuata vltio damnetur, ad quã nos caro ſine vllo iuſtitiæ zelo ſolicitat: nõ erat cur mihi tantum inde crimen ſtruerent cenſores.

Luc.9.g.59. *Artic.6.*

Domine, permitte mihi primum ire, &

ſepelire patrem meum. Dixítque ei Ieſus, Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.

Annotatio, Sequens Chriſtum Euangeliſta, omnia relinquat. In marginibus 1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio in vniuerſum accepta, falſa eſt, & affinis errori Valdenſium.

Cur nõ etiam me gymnoſophiſtis fauere addũt? Cur non ablegant in ſectam Adamitarum, qui nudi oberrabant? Nam generaliter accepta propoſitio, induſium exuendum eſſe ſignificat. Quaſi vero, ſi tãta proteruia maledicere liceat, non maiori calumniæ obnoxia ſit Chriſti ſententia, Vbi exaltatus fuero à terra, omnes traham ad me ipſum. Iohã. 12. e. 31. *Nam incredulis & reprobis ſalutem, generaliter intellecta, promitteret. Quid illa Pauli,* 1. *Corinth.* 10. *e.* 23, *Omnia mihi licent? ſcortandi enim & furãdi ius ſibi hoc prætextu fanatici homines arrogarent. Sed quemadmodũ circunſtãtia loci, & diſputationis ſeries Paulum de rebus medijs & per ſe liberis agere palàm demonſtrat: ſic me verba Chriſti in omnibus relinquendis liberant omni culpa.*

• *Luc.11.f.41.* *Artic.7.*

Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſyná. *Annotatio,* Per eleemoſynam omnia bona opera intelligit.q. d. date operam bonis actionibus. In commẽtariis 1541.1543 1545.

Cenſura, Hæc annotatio extorta eſt, & à textu aliena.

Libenter retracto quod dixi. ſpeciem enim quæ illic exprimitur retinere, quàm ad quoduis bonorũ operum genus extẽdere præſtabat. Non conuenit verbis expoſitio. Eſto. nihil tamen impium cõtinet. Quum autem nemo hactenus, eorum confeßione, extiterit interpres, qui non interdum diſcederet à genuino ſenſu: & omnibus alijs veniã cõcedant: cur in me vnum ſunt implacabiles, ſicubi forte vel ſyllaba vna aberraui?

Iohan.3.d.36. *Artic.8.*

Qui credit in Filium, habet vitam æternam. *Annotatio,* Fides, vita æterna. In ſummariis 1541. Commentariis 1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio ſuſpecta eſt, & fauens errori eorum qui omnia fidei tribuunt.

Quid illa Auguſtini ſententia? Sicuti anima, corporis vita eſt: ſic fides vita animæ. Tractatu *in* Iohannem. *Si ſuſpecta eſt mea annotatio, minus excuſationis meretur illud Chriſti dictum,* Hæc eſt vita æterna, noſſe te verũ Deũ, &c. Ioban.17.a.3. Nõ *enim breuiter annotat velut in trãſcurſu, ſed pleno ore pronũtiat, quod in meis verbis ſuſpectũ habent cenſores. Quid verò fiet* Paulo, *qui ſe viuere fide iactat?* Gala.2.d.20. *Iã quum Propheta Habacuc pronuntiat iuſtum fide ſua victurum, an non in fide vitam æternam ſtatuit? At hæreſis eſt, fidei tribuere omnia. Hæreticus ergo* Iohannes, *qui fidem, victoriam noſtrã eſſe docet, quæ vincit mũdum.* 1. Iohã.5.a.4.

Iohan.3.b.13. Artic.9.

Nemo aſcendit in cælũ, niſi qui deſcẽdit de cælo, Filius hominis qui eſt in cælo.

Annotatio, Id eſt, nemo nouit res cæleſtes præter me. In cõment. 1541. 1543. 1545.

Cenſura, Extorta eſt hæc propoſitio, corruptiua textus, & ſuſpecta de hæreſi.

Non extorta, ſed ex Chriſti verbis probe elicita, imò ſponte fluens. Sed nihil mirum, ſi aſinis iſtis non ſapiunt niſi ſophiſticæ & ſpinoſæ ex-

poſitiones. Tractat illic Chriſtus de ſpirituali fidei intelligētia: quam vt à ſe vno prodire oſtendat, neminem alium dicit in cælū aſcendere: nempe qui cæleſtium arcanorum conſcius ſit, ac idoneus teſtis. Quēadmodū & alibi Iohannes, Deū nemo vidit vnquam. Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. cap. 1. c. 18. Qualis ſuſpicio hæreſeos titillet eorū aures, diuinare nō eſt meū.*

Iohan. 5. d. 20. *Artic. 10.*

Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit. *Annotatio,* Id eſt, communicat. q. d. in partem omnium quæ agit, accerſit illum. In commentariis 1543. 1545.

Cenſura, Hæc annotatio aſſerens quòd Pater in partem omnium quæ agit, accer ſit Filium, ſapit Arrianam hæreſim.

Cur Arrianā hæreſim mea potius quàm Chriſti verba ſapiant, nemo oculatus videre ſe dicet. Chriſtus oſtēdi ſibi tradit quæ facit Pater. *Obijciet cauillator, Inſtitui igitur tanquam rudem tyrunculum, acſi nullam per ſe agendi peritiam habeat.* Cōmoda mihi videtur mitigatio, quòd Pater in omniū quæ facit, partē *Filium accer-*

ſat: quia ſcilicet per eius manũ, virtutem ſuam exerit, ac imperium exercet. Hãc *Sorbona detorquet in ſenſum prorſus alienũ, quòd aduentitia ſit Chriſti diuinitas.* E*n limandi artificium quo vtuntur, vt propoſitiones qualificent.*

A*ct.1.d.26.* *Artic.11.*

Et cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis.

Annotatio, Suffragiis additus eſt ad numerum vndecim Apoſtolorum. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc propoſitio diminuta eſt, ſubticens Spiritus ſancti authoritatem.

R*eſpondeat pro ſe* Lucas, *qui mecum etiam ſubticet.* S*i loquendo nefas eſt quicquam omittere: nullo modo loqui fas erit.* Lex *per* Moſ*en data eſt, inquit* Iohannes, *cap.* 1.*b.* 17. T*acetur* Dei *authoritas.* E*rgo ad tribunal ſuum* Iohannẽ *citent, quia in ſancienda* Lege *ſit diminutus.*

A*ct.2.d.27.* *Artic.12.*

Quoniam non derelinques animam meam in inferno. *Annotatio,* Hebr. pro, Corpus meum in ſepulchro vel tumulo. commentariis 1541.1543.

Cenſura, Hæc annotatio eſt erronea, accedens hæreſi negāti deſcenſum Chriſti ad inferos, & decreto pugnans in textum ex quo probatur articulus de deſcēſu Chriſti ad inferos.

Expoſitio *ſumpta eſt ex* Hebræis *doctoribus, quam repudiare liberum eſt, ſi non placeat.* A*tqui hoc modo ſuffragari videor eorum errori, qui negāt Chriſti deſcenſum ad inferos. Quaſi vero nobis pereat fidei articulus, niſi locus hic ad nutum* Sorbonæ *expoſitus fuerit.* Probari *ex hoc loco dicūt: nempe more ſuo, dū ſcilicet quiduis ex quouis eliciunt.* Certe *linguæ* Hebraicæ *peritus, & probe exercitatis in Scriptura, minime dubium eſt, ſententiam in illo* Dauidis *verſu duplicari, vel idē exprimi duobus modis.* V*nde ſequitur, animā relinqui in inferno, nō aliud eſſe, quàm manere vitam hominis ſepulchro vel morti addictam.*

Act. 8. *f.* 33. *Artic.* 13.

Generationē eius quis enarrabit? *Annotatio,* Generationem pro hominibus ætatis eius. q.d. Quis conſequi poterit improbitatem hominum qui eius ætate vi-

uẽt, quum ſint illum, tametſi iuſtum, interfecturi?

Cenſura, Hæc expoſitio eſt à rectiſſima Eccleſiæ & ſanctorum doctorũ intelligentia omnino aliena.

Hic vnus eſt ex Scripturæ locis, quem interpretes varie huc illuc torquendo, magis obſcurant, quàm explicãt. Vulgaris expoſitio, quam cẽſores rectiſſimam eſſe volunt, prorſus à mente Prophetæ aliena eſt. Quia ineffabile myſterium eſt, æterna Verbi ex Patre generatio: multis viſus eſt Propheta eam cũ admiratione extollere. Neque inficior, quoſdã ex patribus hîc hallucinatos eſſe. Sed quòd Eccleſiæ & Patrum conſenſum obtendunt Sorbonici, eorum impudentiam refellere promptum eſt. Auguſtinus in eum quem dixi modum accipit. At Chryſoſtomus aliò refert, quòd arcana Spiritus virtute conceptus fuerit Chriſtus in vtero matris, Homilia de Iohãne Baptiſta. Hieronymus vero ſic vtranque refert, vt magis inclinet in hanc ſecundam. Alij de innumera ſobole intelligunt, quæ naſcitura erat ex Chriſto, ſicuti nata eſt. Cæterum dictio Hebraica Dor, quæ eſt apud

Prophetam, diuerſum ſenſum exigit. Nam ætatē vel ſeculū ſignificat. Quare locum decebat in melius à cenſoribus corrigi, non trahi in deterius. Nihil enim aliud ſibi vult Propheta, quàm perpetuam fore Chriſti vitam, & eam quidem in Eccleſiæ perpetuitate.

Act. 10. d. 26. Artic. 14.

Petrus vero eleuauit eum. *Annotatio,* Petrus non vult ſibi flecti genua. In ſummario 1541. In marginibus 1543. 1545.

Cenſura, Hæc annotatio captioſa eſt, cum ex ea poſſint multi aſſumere anſam negligendi cultum Sanctorum.

Si captioſe hoc ſcriptum eſt, Lucam reprehendant hiſtoriæ authorem, qui Petrum non refert adorationem latriæ recuſaſſe: ſed ne ſibi genua flecterentur à Cornelio. Nunc ex inferis ſanctos ſuos eruat Sorbona, neceſſe eſt, qui cultum ſibi deferri poſtulēt, quem Petrus Spiritus ſancti inſtinctu damnauit.

Act. 19. a. 5. Artic. 15.

Baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu. *Annotatio,* Id eſt, baptiſmo Chriſti baptizati ſunt, hoc eſt, baptiſmo Spirit^9,

non baptiſmo aquæ. q.d. Illis tantum in nomine Chriſti manus impoſuit, vt Spiritum ſanctum acciperēt, quem illi precibus eius acceperunt. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio captioſa eſt, non ſatis diſtinctè loquens de baptiſmo Chriſti, & dans anſam lectoribus opinandi baptiſmum Chriſti, non eſſe in aqua cum Spiritu ſancto.

Imò rabie quadam perciti Anabaptiſtis gladium porrigunt. Baptiſmum Iohannis,*quo initiati fuerant diſcipuli, non legimus repetitum fuiſſe.Contendunt Anabaptiſtæ,ſecundo fuiſſe baptizatos, quibus perperam datus fuerat baptiſmus ante fidem.* Ego *autem admoneo,de Spiritus donis locum debere intelligi, quæ hoc nomine alibi ſæpius deſignantur.* Fremunt *cenſores, quaſi pro nihilo ducā aquæ baptiſmum. Cur iſtud? Quia baptiſmū hunc Spiritus quem Apoſtoli conferre ſolebant per manuum impoſitionem, proprie Chriſti appello. Atqui in hac loquendi forma & Iohannem Baptiſtam & Chriſtū idoneos habeo authores,* Matth.3.c.11.

Marc. 1.*a*.8. *Luc*.3.*d*.16. *Iohan*.1.*c*.33. *Act*.1. *a*.5.*&* 11.*b*.16.

Act.vltimo g.27. *Artic*.16.

Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, &c. *Annotatio*, Per futurum vertẽdum, cum ſit Prophetia.q.d.pinguedine obducetur,& extinguetur mens eorũ, auribus iniquiſſimis audient Prophetias & Leges meas. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio temeraria eſt & ſchiſmatica quatenus videtur carpere textum ſacræ Scripturæ vt iacet, aſſerendo aliter eſſe vertendum. Et ratio ad hoc adducta, videlicet Quũ ſit prophetia: nulla eſt, quoniam ſecundum ſacros doctores, ideo Prophetæ de futuris frequenter loquuntur per præteritũ tempus, vt indubitatã Prophetiæ certitudinẽ oſtendant.

Maneat certe Græca tranſlatio qualis à Paulo citatur. Tantum admoneo, in quem ſenſum reſolui debeant verba præteriti temporis. Nec meum commentum obtrudo: ſed locum expono qualiter apud Prophetam legitur. Iſti verò

tam prompti ſchiſmatum opifices, potius ligno & lapidibus ſecandis deſtinandi eſſent.

Rom.1.b.17. Artic.17.

Iuſtus ex fide viuet. *Annotatio*, Id eſt vitam æternā conſequetur fidelis, ſi conſtanter crediderit Chriſtum eſſe ſeruatorem, & illo fiſus fuerit. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio textum non interpretatur, ſed fauet Lutheranis aſſerentibus ſolam fidē ſufficere ad ſalutem.

Quin Luthero & ſimilibus aſſentiar, vitam æternam aſſerentibus eſſe ex ſola fide, non nego: ſed quū interpretatio nihil habeat, niſi quod ſubinde inculcat Scriptura, Qui credit in Filiū, habet vitā æternā, Iohan.3.d.36, & 5.d.24, & alijs locis: nō eſt quod mihi ſuccēſcant, bona fide referenti Chriſti verba. Si textum non interpretor, nemo hāctenus huius loci fuit interpres. Quòd ſi alios ſecutus non eſſem, meretricij tamen pudoris eſt, negare exponi textū, cum verbum viuendi in futuro tempore poſitum dico, vt vitam æternam exprimat Propheta.

Rom.3.c.20. Artic.18.

Quia ex operibus Legis non iuſtificabitur omnibus caro coram illo. *Annotatio,* Nemo eſt, Deo iudice, qui iuſtus proũtiari poſſit quòd Legẽ præſtiterit. In commentariis 1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio, hæretica eſt, & nullo modo textus interpretatiua.

Quid hic vel dicendũ vel tacendum eſt? Nam ad tantum furorem attonitus ſtupeo. Hæretica propoſitio eſt, quòd nemo iuſtus cenſeatur, quia Legem *præſtiterit. Cur ergo tradit* Paulus, *impoßibile fuiſſe* Legi, *hominibus iuſtitiam conferre?* Rom. 8.a.3. *Cur etiam alibi exinanitos à Chriſto pronuntiat, qui in* Lege *iuſtificari quærunt?* Galat.5.a.4. *Nec vero aliter ſtare poteſt eius argumentum, ſub maledictione eſſe quicunque ſunt ſub operibus* Legis, *quia ſcriptum ſit,* M*aledictus omnis qui nõ permanſerit in omnibus, &c.* Galat.3.b.9. *Sumit enim pro confeſſo, neminem inueniri mortalium qui* Legi *ſatiſfaciat.* N*am ex eo fonte deducit ſententiam, quòd non conſequamur iuſtitiam ex* Lege, *quia rei ſunt omnes atque obnoxij coram*

Deo.R*om.*3.*c.*19.20.*Imò à contrarijs alibi ra tiocinatur, non iuſtificari nos operibus* Legis, *ſi in fide habemus iuſtitiam: quia* Lex *perfectam obedientiam requirat.*Galat.3.*a.*7.*Cui reſpon det antitheſis quæ habetur* Rom.10. *a.*3, *inter fidei & operum iuſtitiam. Quanquam aliunde teſtimonia petere, ſuperuacuũ eſt.* P*auli ver ba interpretor,* N*on iuſtificabitur ex operibus* L*egis omnis caro coram* Deo.*Quid aliud eſt iu ſtificari, quàm iuſtum cenſeri?* P*orro de iudicio* D*ei agitur. Quæ ſint opera* L*egis, contextus demõſtrat. Cõcludit enim, quia omnes rei ſunt, neminem operibus eſſe iuſtum.* I*dem eſt diſputationis cardo in* E*piſtola ad Galatas.* I*am* L*ectoribus conſpicua eſt, non mea, ſed Sorbonica hæreſis cum phrenetica vertigine coniuncta.*

R*om.*4.*a.*6. *Artic.*19.

Sicut Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. *Annotatio,* Vel imputat.Id eſt, iuſtum exiſtimat nulla operum habita ratione.In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio vniuerſaliter ſumpta, Deus iuſtũ exiſtimat nulla ope-

rum habita ratione, eſt hæretica.

Primo loco inquiri oportuit, quomodo intelligerẽ. Nunc præpoſtere faciunt, quòd Biblia damnanda cenſent, quia trahi poßint quædam in ſiniſtrum ſenſum. Neque tamen illis concedo quod poſtulant. Nolunt reputari hominem iuſtum, nulla operum habita ratione: quia partialem, vt loquuntur, iuſtitiam ſibi fabricant: vt homo partim operum meritis, partim Dei miſericordia cenſeatur iuſtus. Quid autem ſonant Pauli verba, Abſque operibus accepto ferri iuſtitiam? Rom. 4. a. 5. *Valde aſtuti erunt præſtigiatores, ſi operum aſpectum nullitati miſceãt. Fateor quidem bona piorum opera venire in rationem coram Deo, & ſuum illis pretium conſtare: ſed vnde id, niſi quòd fides nullis operum meritis adiuta, nos Deo reconciliat, vt iuſti gratuito cenſeamur? Verum hæc Chriſtiana eſt, nõ Sorbonica Theologia.*

Ibidem, d. 25. *Artic. 20.*

Et reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. *Annotatio*, Noſtram, id eſt, vt crederemus illũ eſſe Meſſiam & Filium Dei: & propter eam fidem iuſti habere-

mur à Deo. In comment. 1541. 1543. 1545.

Cenſura, Hæc eiuſdem farinæ cũ præcedente.

Nẽpe hæc farina eſt, ex qua panis filiorum conficitur: furfur ſibi & quiſquilias, imò ſiliquas habeant porci iſti, quibus nulla puritas ſapit. Annotatio quam carpunt, ad explicandum Pauli locum, ex altero eiuſdem ſumpta eſt, Si cõfeſſus fueris ore tuo Dominũ Ieſum, & corde credideris quòd Deus illũ excitauit à mortuis, ſaluus eris. Rom. 10. *b.* 9.

R*om.* 6. *c.* 15. *Artic.* 21.

Non eſtis ſub Lege, ſed ſub gratia.

Annotatio, Sub Lege eſſe, eſt damnari ſententia Legis in conſcientia. Sub gratia eſſe, eſt conſcientiam certiſſimam eſſe, omne peccatum nobis eſſe remiſſum Dei benignitate. In comment. 1541. 1543. 1545.

Cenſura, Vtraque interpretatio captioſa eſt, nec ſufficiẽter exprimit quid ſit eſſe ſub Lege, quid pariter ſit eſſe ſub gratia.

Hanc igitur fraudem, ſiqua eſt, detegãt, & defectum ex ſua plenitudine ſufficiant cenſores. Quoniam obſcura erat Pauli loquutio, ne

quis rudis ac imperitus, eos ſub Lege dici putaret, qui Deum ex Legis præſcripto colunt, vere & vtiliter admoneo, ſubiectionem iſtam, ad Legis rigorem referri, quo territæ conſcientiæ in deſperationem agũtur, donec Chriſti gratia ſuccurrat. Alterum membrũ antitheſeos ita à me exponitur, quòd ſub gratia ſint, qui peccata ſibi per Chriſti gratiã remiſſa eſſe certo perſuaſi, reatum & maledictionem Legis non formidant. Vtraque expoſitio captioſa eſt, ſi cenſoribus creditur. Atqui in tanta breuitate Apoſtoli mẽtem ſimplicius exprimere non potui. An aſſecutus ſim quod volui, iudicium ex tertio ad Galatas capite faciat lector.

R*om* 10.*b*.9. Artic.22.

Si confitearis, &c. *Annotatio*, Confeſſio. In ſummariis 1541. & in marginibus 1543. 1545.

Cenſura, Hæc annotatio marginalis, Confeſſio, periculoſa eſt & ſuſpecta.

Iniquos eſſe iudices oportet, qui adeò ſuſpicioſi ſunt, nulla cauſa. Vbi Paulus dicit, Si confeſſus ore tuo fueris, & corde credideris, ſaluus eris: in margine appoſui, Confeſſio, fides,

ſalus. Mirum eſt, cur de ſua confeſſione tantopere anxij ſint cenſores, ſimul ac fidei confeſſio in medium prodit. An id fit quia res aduerſas eſſe norunt? Id quidē eſt probabile. Quòd autem nullo bellum mouente periclitari ducunt, hinc apparet quàm probe ſit munita.

Rom. 14. a. 6. *Artic.* 23.

Qui ſapit diem, Domino ſapit. *Annotatio,* Curat, vel obſeruat. Id eſt, diem præ die ſanctiorē exiſtimat: perſuaſum habet ſe facere quod Domino placet. Et qui non curat diem, Domino nō curat. Id eſt qui diem non obſeruat, propter Dominum id facit, qui certò ſcit ſe non diſplicere, cum nullum diſcrimen dierum facit. In commentariis 1541. 1543, 1545.

Cenſura, Hæc annotatio quoad ſecundam partem ſic generaliter inducta, fauet damnantibus feſta in Eccleſia hactenus laudabiliter & ſancte obſeruata.

Pauli verba ſunt, peræque æſtimare omnes dies qui ſine ſuperſtitione iudicant. Itē, qui diem non curant, Domino non curare. Rom. 14. *a.* 5. *Quæro, quid ſignificent aliud hæc verba, quàm*

nullum haberi dierũ diſcrimen? Ego alijs verbis quid dicat Paulus, recẽſens, feſtum Catharinæ vel Chriſtophori diem nõ attingo. Diem Dominicum tota Eccleſia obſeruat. Licet etiam alios habere cõdictos & ſtatos dies feſtos. Verùm id abſque ſuperſtitione, politiæ tantũ & ordinis cauſa. Hoc autẽ modo nõ diſcernitur vnus dies ab altero quaſi ſanctior: imò dierum diſcrimen quoad conſcientiam non habetur. Itaque Paulus Galatas reprehendens, quòd dies obſeruẽt, non tribuit illis vitio quòd ſacros cõuentus certis diebus habeant, ſed quòd ab illis ſtatuatur aliqua in dierum cultu religio. Galat. 4. b. 10.

Ibidem, d. 22. Artic. 24.

Beatus qui non iudicat ſeipſum in eo quod probat. *Annotatio,* Id eſt, qui non condemnat ſeipſum, quum facit quod faciendum eſſe exiſtimat, hoc eſt, qui credit nullo pacto diſplicere Deo quod perpetrat. In commentariis 1541. 1543. 1545.

Cenſura, Hæc vltima annotatio vniuerſaliter intellecta, falſa eſt, nec textus explanatiua, qui loquitur de legalibus tantum, & inductiua ad agendum confor-

miter ad conſcientiam erroneam.

Quoties me textum exponere negant, non eſt quòd refellendis eorum calumnijs inſiſtam: conferant Lectores verba Pauli cum meis: nemo tam rudis erit, qui non agnoſcat fideliter me Pauli mentem, quæ obſcura alioqui erat, aperire. Quòd ſubijciunt, me eorum temeritati ſuffragari, qui conformiter agant ad conſcientiam erroneam: non minus improbum eſt. Agitur illic de rebus per ſe licitis. Ad hanc circunſtantiã reſtringi debet mea expoſitio, quæ nullum conſcientiæ erroneæ locum relinquit. Beatum enim pronũtiat Apoſtolus, qui ſtatuens placere Deo quicquid agit, nihil temere nec dubio animo aggreditur.

1. *Corinth. 3. c. 12* *Artic. 25.*

Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur. *Annotatio,* Diem poſuit pro perſpicua operis inſpectione, & ignem pro afflictione huius vitæ. Et multo pòſt, Hic eſt ignis qui cuiuſque opus quale ſit probaturus eſt. In cõment. 1543.

Cenſura, Hæc annotatio reticẽs purgatoriũ, præſertim hoc tẽpore, ſuſpecta

eſt de hæreſi, conſpirans interpretationi hæreticorum negātium purgatoriū, cum Eccleſia hunc locum Pauli interpretetur de purgatorio.

Suſpecta illis eſt mea expoſitio, purgatoriū reticēs. Suſpectæ igitur ſint & Chryſoſtomi, & Ambroſij & ſimiliū. Sed mihi peculiare ex tempore odium conflant boni iudices: quia hodie à multis purgatorium negetur. Verum ſcire velim, nūquid ſenſum mutauerit hic locus. Quotquot extāt orthodoxi Eccleſiæ doctores locum hunc aliter quàm de purgatorio exponunt. Et certe non violenter modo, ſed inſulſe illuc torquetur. Cum iure liceret Sorbonicos coarguere, qui Pauli ſenſum deprauant, illis peperci. Nunc meæ modeſtiæ iniuſta merces rependitur, quòd ſilentium meum de hæreſi ſuſpectum habent. Quid porro hac impudentia putidius fingi poteſt, cum iactare non verētur, locum ab Eccleſia de purgatorio exponi? Agedum, ſaltem vnum ex vetuſtis patribus in mediū proferant. Vbi igitur iſta qua gloriantur, Eccleſia? Vnus Auguſtinus, quod ſciam, timide & dubitanter purgatorium ignem attingit. Et quibus

verbis? Poſtquã ſe diuerſum ſentire, clare teſtatus eſt, tandem ſubiicit, N*on incredibile eſt, poſt hanc vitam aliquem eſſe ignem purgatoriũ: & fortaſſe quæri poteſt.* E*nchirid. ad* L*aurent.* E*n quàm fidelis ſit in citandis teſtimonijs Sorbona?* E*n qua* E*ccleſiæ reuerentia teneantur, cuius ſacrum nomen tam indigne conſpurcant.*

1.*Corinth.*10.*d.*16. *Artic.*26.

Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? *Annotatio*, Heb. Poculum gratiarum actionis quod benedicimus, id eſt quod ſumimus cum benedictione, laude, & gratiarum actione. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc interpretatio eadem eſt cum interpretatione ſacramentariorum, negantium realem præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti in ſacramẽto Eucharistiæ, de qua debuit interpres hîc meminiſſe. ideo vehemẽter ſuſpecta de hæreſi.

Quaſi verò nõ ita locuti ſint qui tamen realem carnis & ſanguinis Domini præſentiã non negabãt. Ergo *perinde valet cenſura, acſi hæ-*

reſeos ſuſpicioni ſubijcerent, quicquid ad corũ præſcriptum non dicitur. Oſtendant aliquid vel falſum, vel abſurdum, vel captioſum, vel etiam ambiguũ. Ego iudicium quale merebitur error meus, vel etiã incuria, ſubire non recuſabo. Sed nunc canino latratu me nulla de cauſa impeti perſpicuum eſt.

1. Corinh. 11. d. 20. *Artic. 27.*

Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare. *Annotatio,* De Cœna Domini. In ſummario 1541. In margine, 1543. 1545.

Cenſura, Cum Paulus in hoc vndecimo capite loquatur de inſtitutione Euchariſtiæ, & author harũ annotationum nuſquam meminerit apertè ſacramenti corporis & ſanguinis Chriſti, cuius meminiſſe chriſtianè debuerat, annotationes hæ ſuſpectæ ſunt.

Cum de ſacræ Cœnæ inſtitutione tractet Paulus: quid aliud in ſummario dicendum fuit, quàm de Cœna Domini tractari? Verùm hinc exoritur ſuſpicio, quòd de corporis & ſanguinis Domini ſacramento nulla toto capite men-

tio à me facta fuerit. Quaſi vero aliud oneris illic ſuſceperim, quàm breues & literales, vt vocãt, annotationes ſcriberem. Plenius, fateor, aliquid à Theologo, qui iuſtos & integros cõmẽtarios ſe daturũ profeſſus eſſet, merito deſideraret. Ego enim pro grãmatici officio obſcuras locutionũ formas exponere ſtudui. Pluribus cõqueri piget quàm ieiuna ſit iſta arroſio.

Ibidem, c.25. *Artic.28.*

Hic calix Nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. *Annotatio,* Id eſt fœdus quod meo ſanguine, non ſanguine vitulorum confirmabitur. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Eadem cum ſuperiore.

Iam vero eos præuaricari dicas: neque enim cauſæ meæ bonitatem melius ſubleuare poterant. Quid ſiniſtri habeant annotationes iam damnatæ, iudiciũ ex his verbis fieri volunt, Fœdus nouum Chriſti nõ vitulorum ſanguine ſancitũm iri. *Hoc autem modo apud ſanos omnes me abſoluunt. Tantum meminerint lectores, quem ego Pauli locum interpreter: nemo erit qui non eorum inſaniam miretur.*

Ibidem f. 29. *Artic.* 29.

Et biberit calicem Domini indigne.

Annotatio, Quaſi dicat, ſine fide. Talis enim perſuaſum habet Chriſtum interfectum eſſe, non vt pœnas peccatorũ noſtrorũ lueret, ſed quòd ſceleratus eſſet, ſimiliſque eſt iis qui illum crucifixerunt. In commentariis 1541. 1543. 1545.

Cenſura, Expoſitio huius aduerbii Indigne, id eſt, ſine fide, eſt erronea, ſapiens hæreſim: quum multis aliis modis indigne poſſit quis bibere calicem Domini. Per poſteriorem verò expoſitionem temerarie iudicat & diuinat.

Si modo dextre accipias fidei nomen, nihil erroris continet expoſitio. Nam *etſi Chriſti corpus & ſanguinem profanant, qui mortua tantũ & hiſtorica fide præditi ad ſacram mẽſam ſe ingerũt, nulla tamen reperietur indigna mãducatio, niſi ex viuæ fidei defectu proueniẽs.* Nã *inde ſocordia, quòd myſterij dignitas non reputatur: hoc eſt, quòd ſopita eſt fides.* In *ſecundo membro quid eos pungat, animaduertere mihi videor: nempe priuatam cauſam agũt.* Cum in

ſumptione indigna ſacramẽti, impiæ profanationis ſibi conſcij ſint, in eorũ numero ſe haberi ægre ferũt à quibus crucifixus eſt filius Dei.

1. Corint. 12. a. 6. *Artic. 30.*

Idem verò Deus qui operatur omnia in omnibus. *Annotatio,* Opera. In ſummariis 1541. In marginibus 1543. 1545.

Cenſura, Hæc annotatio maxime captioſa eſt.

Antiqua cenſura: nam aratrum & boues ſapit. Vbi in Pauli textu habetur, Diuiſiones operationũ ſunt: ad marginẽ appoſita fuerat notula, Operationes. Hic operæ bis peccarunt, quià & notam collocarunt e regione ſequentis verſus: & finẽ dictionis omiſerunt. Nunc cornupetæ iſti boues neſcio quo œſtro perciti, tanquam magna aliqua fallacia circunuenire eos tentarem, conſternantur.

2. Corint. 11. a. 4. *Artic. 31.*

Nam ſi is qui venit, alium Chriſtum prædicat, quem non prædicauerimus.

Annotatio, Paulus omnia prædicauit prædicanda.

Cenſura, Hæc annotatio eſt temerarie

aſſerta, erronea, & ſuſpecta eſt de hæreſi, prætendendo cum Lutheranis, nihil recipiendum præterquam quod expreſſè ſcriptum eſt in Paulo & Sacris literis. Et in hoc reiicit Leges Eccleſiæ & ſacrorum Conciliorum conſtitutiones.

Ergo temere, perperam, nec ſine hæreſeos ſuſpicione aſſerit Paulus, ſe nō ſubterfugiſſe quominus annuntiaret omne conſiliū Dei. Act. 20. d.20. Timēt ſuis cōſtitutionibus. Clarius fateri non poterant additamenta eſſe ad doctrinam Apoſtolicam. Sed ex verbis meis eliciunt, nihil recipiendū eſſe quod non expreſſe ſcriptum ſit in Paulo. Quod nulla ratione effutiunt, verbo negare ſatis fuerit.

2. *Corint.* 11. *a.* 5. *Artic.* 32.

Exiſtimo enim me nihil min⁹ feciſſe à magnis Apoſtolis. *Annotatio*, Id eſt, me nihilo inferiorē fuiſſe excellētibus. Et ad id, 2. Cor. 2. d. 11, Nihil enim minus feci ab his qui ſunt ſupramodum Apoſtoli. Id eſt, nulla in re inferior fui ſummis Apoſtolis. In commentariis 1541. 1543. 1545.

C*enſura*; Hæ annotationes derogan-

tes primatui Petri, hæreticæ ſunt, cũ Paulus fuerit Petro iuridiſctione inferior.

An Petro fuerit iuriſdictione inferior Paulus, diſputandum mihi ſumo, antequam hæreſeos me damnari patiar. Pronuntiant Sorbonici. Quid Silenis iſtis cum Eccleſiæ regimine? ſuis cantharis contenti ſint. Si valere debet hominum authoritas, audiendi, vt opinor, potius eſſent veteres, qui Paulum Petro æquare non dubitant. Imò Chryſoſtomus, poſtquam honore illum huic fecit parem, quaſi non ſatis extulerit dignitatẽ Pauli, Nihil nũc amplius dico, inquit in cap. 1. *ad Galat. Immenſum foret omniũ teſtimonia perſequi. Nec vero admodũ neceſſe eſt, cũ Spiritus ſanctus ſummus iudex litẽ hanc ſua ſentẽtia ſuſtulerit in illo Pauli loco vnde annotatio excerpta eſt. Quòd ſi importunius inſtent Sorbonici, mãle traijciant, vt fruãtur Petri primatu, quẽ Paulus ad Iudæos proprie reſtringit.*

1. T*imoth.* 4. *d.* 14. *Artic.* 33.

Cum impoſitione manuum. *Annotatio,* Signum eſt externum electionis. In commentariis 1541. 1543. 1545.

Cẽſura, Hæc annotatio eſt inſufficiẽs,

& diminuta, nec declaratiua textus, & captioſa contra ſacramentum Ordinis.

Siquis Baptiſmum cum Paulo dicat, ſignum eſſe externum ablutionis, erit inſufficiens, quia nihil perfuderit olei, vel ſalis aſperſerit. Paulus impoſitionẽ manuum cõmemorat. Dico ſymbolum eſſe, quod ordinandis miniſtris adhibebatur. Diminute loquor. Qui ſic? neque enim nænias omnes & ludicra refero, quibus ſimpliciũ oculos deludunt in creandis ſuis ſacrificis. Cur itaque Paulum nõ accuſant, qui nullam horum mentionem facit? Pluſquam Phalarica certe tyrannis, quòd de nullis myſterijs apud eos loqui fas eſt vt à Chriſto ſunt inſtituta: ne friuolis, quæ pro hominum libidine aſſuta ſunt, commentis fiat iniuria. Quin etiam negare nihil pudet, ad intelligentiam textus non facere, quòd manuum impoſitionem breuiter & probe definio.

1. *Timoth.* 5. *b.* 11. *Artic.* 34.

Adoleſcẽtes autem viduas deuita, &c.

Annotatio, De viduis loquitur iunioribus, quæ ob paupertatẽ ab Eccleſia ſuſceptæ erant: ſed hæ ſaginatæ iam alienis facultatibus, ſcortabantur: & deſerta fide

quam habuerāt in Chriſtum (quam primam vocat Paulus) nubere cupiebant infideli & idololatræ marito, abnegato Chriſto. In commentariis 1541. 1545.

Cenſura, Hæc propoſitio omnino aliena eſt à Paulo, & falſa, contendens euertere cum Lutheranis votum caſtitatis: quod vel ex hoc loco à catholicis maxime probatur.

Primo tenere operæpretium eſt, inter cœlibatum & caſtitatem nihil eſſe apud Sorbonicos diſcriminis. Nam quæ lupanaria ſuo fœtore terram inficiunt, illis ſunt caſtitatis ſacraria. Iam quòd caſtitatis votum euerti queruntur: nihil tale verba mea ſonant. Porro quàm catholice inde probentur monachorum & nonnarum vota, iudiciū facere nimis in promptu eſt. Viduam Paulus ſexagenaria minorem ad cœlibatus votum admittendam negat. Iſti decennes pueros, vel in primo ætatis flore adoleſcentes ſuis plagis illaqueant, de fœdis & execrandis libidinibus, quibus tota vita æſtuant, minime ſoliciti. Porrò quum varie locum ab interpretibus tractatum eſſe viderē, vnam expoſitionē ex mul-

tis eligere cur mihi nõ licuit? Si non eſt optima, certe propius ad Pauli mentem accedit quàm aliæ nonnullæ, quibus cenſores plauſum darẽt.

Ad *Titum* 1.*d*.15. *Artic*.35.

Omnia mũda mũdis. *Annotatio*, Omnes cibi, etiam Lege vetiti, ſunt puri fidelibus, hoc eſt, illis veſci poſſunt ſine peccato. In commentariis 1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio eſt eiuſdem farinæ cum annotatione poſita ad id, Abſtinere à cibis, &c. 1. Timoth. 4.a.3.

Illic carpebant cenſores meum de legali prohibitione ſilentiũ. Nunc expreſſa fit Legis mentio. Suum tamen inde fermẽtum huc trãſferentes, eandem eſſe farinam iactant. De re nõ amplius diſputo. Tantum iudicent lectores, quàm pudenda iſta leuitas, eodem prætextu ſentẽtias prorſus diuerſas reijcere.

Heb.6.*a*.4. *Artic*.36.

Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati, &c. *Annotatio*, Id eſt, impoſſibile eſt quòd rurſus reſipiſcãt. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc propoſitio eſt hæretica.

Textus Apoſtoli ſic habet, Impoſſibile eſt renouari per pœnitẽtiam. Annotatio autẽ mea, Impoſsibile eſt reſipiſcere. Hæreſis ergo eſt in verbo reſipiſcendi. Nunc expendat ſanus lector quid ſignificent Apoſtoli verba, Renouari per pœnitentiam: & reperiet Spiritum ſanctum ſub mea perſona damnari: quia niſi interpoſito velo, tantum non audent. Scio alias interpretationes in eum locum afferri: ſed illa quam poſui, genuina eſt.

Iacob 2.d.21. *Artic.37.*

Annotatio, Iuſtificatus. Heb. Iuſtus declaratus. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Hic hebraiſmus ſeu annotatio, nihil aliud quàm opera eſſe ſerua, corrumpit textum, & planè Lutherana eſt.

Quòd Abrahã ex operibus iuſtitiam adeptus non ſit, concedant neceſſe eſt: niſi prima dialecticæ rudimenta, imò naturæ principia negare velint. Iacobus locum citat, vbi Moſes Abrahã pronuntiat fide iuſtificatum eſſe antequam naſceretur Iſaac: & iuſtificatum eſſe dicit, quia filium paratus fuerit immolare. Nũc ab ordine

cauſæ & effectus arguo: Si iuſtitia Abrahæ *immolationem* Iſaac *longo tempore præceſſit: non eſt eius effectus. Quid reſtat, niſi vt iuſtificatio iſta, cuius meminit* Iacobus*, declaratio ſit iuſtitiæ? Cæterũ bona opera, gratuita imputatione iuſta cenſeri, non inficior: ſed hic tantũ ſenſus vnius loci quæritur, quem ego fideliter expoſui.*

Iacob 5.d.16. Artic.38.

Confitemini alterutrũ peccata veſtra.

Annotatio, Alter alterutrum delicta, vel errata, aut lapſus. In cõmẽtariis 1541. 1543 1545.

Cenſura, Hæc annotatio captioſa eſt, & diminuta, non faciens delectum perſonarum quibus ſacramentaliter confitendum eſt.

Quem delectum facerem? An vt Alterutrũ *ſit ſacrificus papalis, cõfeſſor vero* Omnis vtriuſque ſex⁹, *quẽ faceti homines hermaphroditum exponũt? Certe* Iacobus *loquitur generaliter, & diſerte mutuam & reciprocam confeſſionem requirit à fidelibus. Adde quòd illic* Bedã *cito meæ expoſitionis authorem, quòd* Iacobus *de quotidianis offenſis agat, quas vltro*

citróque agnoſcere debent fideles, vt ſe reconcilient. Proinde nihil aſtute diſsimulo. quin potius ipſi nimium captioſi, qui ſibi tanquam proprium vindicant, quod omnibus commune erat.

Apoc.14.d.19. *Artic.39.*

Et miſit in lacum iræ Dei magnum.

Annotatio, Lacus hoc loco ſignificat locum in quem exprimitur vuarũ liquor. In commentariis 1541.1543.1545.

Cenſura, Perperam torquet Scripturam hæc annotatio contra Spiritus ſancti ſenſum.

Mirum eſt, cum ſe tam auide vino ingurgitent, & in ſapore etiam iudicando acuti ſint & ſagaces: lacum tamen vindemialem vnde exprimitur nõ nouiſſe. Nempe hoc modo porci, glandibus quas vorant, benè ſaturi, quercum tamen non agnoſcunt.

Ibidem verſu 20. *Artic.40.*

Et exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum. *Annotatio,* Sãguis, id eſt vinum. In comment. 1541.1543.1545.

Cenſura, Hæc annotatio diſtortè exponit ſanguinem pro vino.

Androcydes teſte Plinio, Regis Alexandri intemperantiam cohibere volens, monebat vinum eſſe terræ ſanguinem. Hæc *doctrina vt video, magiſtris Sorbonicis diſplicet, quo magis libera ſit eorum ebrietas. Sed extra iocū.* Non *hoc tātum loco, ſed etiam apud* Moſen, *vinum dicitur vuarum ſanguis,* Deut.32.b.14.*Iohannem verò metaphoram ſuā hîc perſequi, omnibus conſpicuum eſt.*

CAtalogus quorundam errorum collectus ex marginibus ſeu annotationibus Bibliorum à Rob. Stephano impreſſorum annis Domini 1528. 1532. 1534. 1540. 1545. 1546.

Gene.6.b.5. *Artic.*41.

Cor hominis ex ſua natura malum.

Annotatio, Homo natura ſua immundus. In Bibliis 1528. 1532. 1546.

Cenſura, Si natura in ſe & abſolute conſideretur, Manichæi ſunt hæ annotationes.

Cum dicit Paulus, *natura eſſe nos omnes filios iræ, ſi in ſe & abſolute conſideretur natura, Manichæi eſt propoſitio. An mihi non licuit*

dictatam à Spiritu ſancto loquendi formam ſequi? Sed Paulum citare authorem quid attinet, ſi ita loquantur omnes & ſcribant? Ego vero *nunquam ita deſipui, quin diſcernerem, vt par eſt, inter corruptam naturam & integram: hoc eſt, qualis fuerit Adam à Deo cõditus, & qualis ex eo poſt defectionem nata ſit poſteritas.*

Pſal.6.b.6. *Artic.42.*

Confitebitur tibi. *Annotatio,* Id eſt, Laudabit te: & vbique in Pſalmis hæc dictio ſignificat laudare & gratias agere. In Bibliis 1532.1534.

Cenſura, Hæc annotatio pro ſecunda parte falſa eſt & hæretica, cũ expreſſe habeat Pſaltes, Pſal.32. b.5, Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam Domino: quo in loco cõfiteri, nõ laudare, nec gratias agere ſignificat.

In eo fuiſſe erratũ fateor, quòd vbi dicẽdum erat Paſſim, obrepſit particula Vbique. Quanquam ſi effugere libeat, nõ deeſt excuſatio: nuſquam autẽ in illa eadẽ confeſſione inueniri, niſi pro laudare Deũ. ſuperſedeo tamen: fuit hic lapſus memoriæ. Sed iſta pluſquam ſcelerata eſt

malitia & crudelitas, quòd me tã friuolo prætextu hæreticũ faciunt, quia vnus Scripturæ locus mihi forte effluxerat. Non *agitur hic de vllo dogmate: tantum verbi vnius ſignificatio notatur. Quocunque modo res habeat, nullum periclitatur fidei noſtræ caput. Qualis ſit cenſorum æquitas, iudicandum relinquo, quibus tam minutæ rei obliuio hæretica eſt.*

Matth.26.c.28. *Artic.*43.

Hic eſt enim ſanguis Noui teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. *Annotatio,* Remiſſio peccatorũ. In Bibliis 1534. 1540. 1545. 1546.

Cenſura, Hæc annotatio nullam faciẽs mentionem neque realis exiſtentiæ ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, neque confeſſionis ſacramentalis, per quã fit remiſſio peccatorum, quæ ſecundum loci exigentiam, potius faciẽda erat de vtraque, Lutheranorum hæreſi conſpirat.

Exigebat locus ſecundum cẽſores, vt de confeſſione verba facerem. Cauſa ſi rogetur, non erit quod dicant, niſi vt ſolennis eſt præparatio ad Miſſam. Quid autẽ Miſſæ cum ſacra Do-

mini Cœna? Chriſtus remiſsionem peccatorum gratuitam in Cœna promittens, non niſi pœnitentiam & fidem requirit. Corui iſti raucali obſtreperáque voce occinunt, Cõfitemini in aurem ſacerdotis: quod nuſquam à Chriſto præceptũ eſt. Neque impia tyrannide contenti, qua Chriſti gratiam exinaniunt quantum in ſe eſt, confeſſionis ſuæ exigentiam locis omnibus ingerunt. Quantum ad realem ſanguinis Chriſti exiſtentiam vt loquuntur, alibi reſpondi, vertendum non eſſe mihi vitio, ſi multa notulæ illæ marginales tacite prætereant, quibus in commentarijs eſſet locus: me vero laudem mereri, ſi nihil contineant, niſi quod in textu inueniet lector. Veram nobis cum carne & ſanguine Domini cõmunicationem eſſe fateor, cuius verũ pignus ſit ſacer cœnæ panis & calix. Itaque vere participes in Cœna corporis & ſanguinis Domini nos fide effici, extra dubium pono. Sed ſophiſtica eorum cõmenta ad Vulcanum ablego, in cuius officina fabricata ſunt.

Luc.22.b.20, & 1.Cor.11.d.18. Artic.44.

Calix, Panis. Annotatio, Panis. De Cœna Domini. In Bibliis 1532.1540.1546.

Cenſura, Cũ Lucas & Paulus in locis citatis loquantur de inſtitutione Euchariſtiæ, & author harum annotationũ nuſquá clare meminit ſacramẽti corporis & ſanguinis Chriſti, cuius meminiſſe Chriſtiani erat: annotationes ſuſpectæ ſunt.

Nuſquam de ſacramento clare loqui videor, quia inſulſum de tranſſubſtantiatione Panis in corpus figmentũ non inculco. Sed cum meæ annotationes Cœnam Domini, corpus & ſanguinem Chriſti diſerte commẽdent, in Marcum & Paulũ: tam iniqua ſuſpicio apud æquos & ſynceros iudices non valebit. Quanquã nunc quoque hanc rem breuius perſtringo, quia alibi locus aptior ſe offeret.

Pſal. 38. *a.* 1. *Artic.* 45.

Annotatio, Chriſtus factus pro nobis peccatum & hoſtia peccati, cõfitetur conſcientiæ terrorem, animi anguſtiam & peccatũ. In Bibl. 1528. 1532. 1534. 1540. 1546.

Cẽſura, Hæc annotatio pro hac parte, Confitetur cõſcientiæ terrorẽ: impia eſt.

Reſpõdeant igitur, vnde vox illa, niſi ex conſcientiæ terrore, prodierit, Deus meus, vt quid

dereliquiſti me? Certe non ſatis reputant vmbratiles iſti Philoſophi & ſomnolenti doctores, quanti Filio Dei cõſtiterit expiatio pro peccatis, quibus non videtur, quam ille ſuſtinuit pœnam, vſque ad cor eius & animam penetraſſe. Longe aliter Scriptura, quæ luctatum fuiſſe docet cũ mortis doloribus: tametſi impoßibile fuerit ab his detineri.

Pſal.72.c.13. *Artic.46.*

Annotatio, Peccata agnoſcentem liberat Chriſtus. In Bibl.1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio eſt in vniuerſum falſa.

Tam parci ſunt verborum boni iſti doctores, quàm prodigi ſanguinis. Nemo non putaret, totam propoſitionem ab ipſis damnari: acſi dicerent omnino eſſe falſam. Ego autem balba ſua cenſura hoc eos velle conijcio, Si in vniuerſum ſignificet propoſitio, Quicũque peccata agnoſcunt, remißione donari: tunc falſam eſſe. Atqui in hoc cardine verſatur quæſtio, Quid ſit agnoſcere coram Deo peccata. Hoc vno verbo, & peccati odium ac diſplicentiam, & diuini iudicij metum, & reſipiſcendi ſtudium, quod inde

l.i.

naſcitur notare volui: quemadmodum de Publicano & ſimilibus loquitur Scriptura.

Pſal.40.c.13. *Artic.47.*

Annotatio, Chriſtus afflictus putat ſe derelictum à Patre. In Bibliis 1532. 1534. 1540. 1546.

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt, & blaſphema in Chriſtum.

Siquis deſperatione victum fuiſſe Dei filium diceret, fateor & ego blaſphemiam eſſe non ferendam. Sed qui ſimpliciter dicunt Chriſtũ abſque peccato, more noſtro, per omnia tentatũ eſſe: eos à blaſphemia Apoſtolus excuſat, Heb. 4.d.15. *Hæc vero anxietas, qua ad tempus conſtrictum fuiſſe Chriſtum dixi, adeò nihil eius gloriæ derogat, vt præcipuũ ſit ſpecimen tam immenſæ eius bonitatis, quàm ſalutis noſtræ pignus. Quid enim accedere ad hunc amorẽ potuit, quòd iram Dei ſubiit noſtra cauſa, vt ipſum nobis placaret? Iam vero, vnde ſtatuet miſer peccator, à Deo ſe amari, niſi quòd à Chriſto abſorpti ſunt mortis dolores?*

Argumen. in lib. Iob. *Artic.48.*

Cum verò obuerſatur ob oculos mors,

& ſubducit ſe Deus, indicant verba eius, quales cogitationes ſubeant hominem (quãtunuis etiam ſanctũ) contra Deum, in anxietate mortis: videlicet homini videtur Deus non eſſe Deus, ſed ſolum iudex & iracundus tyrãnus, qui vim exerceat, & non curat cuiuſpiam bonam vitam. In Bibliis 1532. 1540. 1546.

Cenſura, Hæc annotatio eſt temeraria, ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua.

Probè conqueritur Comicus ille poeta, Homine imperito nihil eſſe iniquius. Si vllum vnquam conſcientiæ certamen experti eſſent Sorbonici, proprio vſu edocti, abſque controuerſia mihi ſubſcriberent. Sed mihi, vt video, cũ truncis ac ſtipitibus negotium eſt: quorum mentes faſcinauit ſatan, vt quid ſit tentari, non reputent. Hinc ſcilicet illæ deliciæ, vt eorum aures offendat admonitio, qua vix vlla poteſt vtilior proponi. Nam de pijs auribus quicquid dixerint, nullam apud ſanos homines fidem inueniet. Quos Deus ſummo rigore perſequitur, eos doloris impatientia abripi dico, vt ſe inhumaniter tractari querantur, quia nihil quàm infe-

rorum tormenta cogitãt. Vere hoc dici vbi centies negarint, nihil proficient. Itaque ſcandali nomen obtrudunt: quum nullum aptius ſcãdalis omnibus remedium ſit, quàm vbi morbus in hominum cordibus latens detegitur, nequem noſtrum incautum deprehendat ſatan.

Iob 9.d.29. Artic.49.

Annotatio, Iob oſtẽdit neminem poſſe, Deo iudicãte, iuſtificari. In Bibliis 1528. 1532. 1534.

Cenſura, Licet nemo cõparatus ad iuſtitiã diuinam, dicatur iuſtus, tamen hæc propoſitio indiſtĩctè poſita, eſt hæretica.

Debuerant igitur ſuæ diſtinctionis capiſtro frenare os Dauidis, qui pronũtiat neminẽ poſſe iuſtificari coram Deo. Pſal. 143. a. 2. Quanquam non aliunde petenda eſt defenſio, quàm ex præſenti loco, vbi nihilo diſtinctius quàm ego, Spiritus Dei humanam iuſtitiam apud cæleſte tribunal cõſiſtere poſſe negat. Si iuſtus eſſe voluero, inquit, os meum condemnabit me. Et quid iſta ſententia clarius, Scio quòd iuſtificari nequeat homo coram Deo conſtitutus? hoc eſt, vbi ad Dei iudicium ventum fuerit. Iob 25. 4.

P*ſal.*44.*a.*4. Artic.50.

Annotatio, Credentes in Chriſtũ, confitentur ſibi fuiſſe datam terram promiſſionis ob ſolam Dei voluntatem. Hîc vide quàm omnia Deo tribuant, nihil ſibi. In ſummariis 1528.

Cenſura, Quanuis ex ſua bona voluntate Dominus Deus multa in homines fideles cõferat, tamẽ annotatio prior, cum ſigno excluſiuo poſita, falſa eſt: poſterior autem, aperte bonorũ operũ eneruatiua.

Mira Cẽſorum cautio, quòd metuunt ne erga Deũ nimis grati ſimus: & liberaliter, ſuo iudicio, Dei bonitatem prædicant, cum multa illi accepta referunt. Quis tam deteſtabile ſacrilegium ferat, quòd in bonis quædam numerare audent, quæ Dominus gratuita ſua bonitate non conferat? Volunt operibus retribui. Quaſi nõ & ipſa retributio gratuita ſit. Quanto melius Auguſtinus, qui cuncta operum præmia vocat gratuita Dei dona? & celebre eſt eius dictũ, Fidelem Dominum eſſe, qui ſe nobis fecit debitorem, nõ aliquid à nobis accipiendo, ſed omnia ſponte promittẽdo. Atque vt Lectoribus notior

ſit eorũ fœtida vel malitia, vel inſcitia: hic ſcholæ ſuæ axiomata non ſequuntur: quæ habent, Nihil intrinſeca dignitate opera noſtra mereri, ſed virtute promißionis. Atqui promißio in ſolo Dei beneplacito fundata eſt. Si bona opera eneruat qui Sanctos negat quicquã ſibi tribuere, neruos ipſi omnes intendant, vt vnum aliquem ex Sanctis probẽt dixiſſe, Hoc meum eſt, non ex mera Dei gratia.

Pſal. 123 *a.* 1. *Artic.* 51.

Annotatio, Solum Deum habemus refugium. In Bibliis 1528.

Cenſura, Hæc annotatio, Lutherana eſt, reuocans Chriſtianos ne ad beatam Virginem, & ad Sanctos confugiant.

Quoties Deus in Scriptura vocatur piorum refugiũ, boni iſti magiſtri tãquam vnum quenlibet ex deorum turba recẽſeri putant: acſi quis poeta Mercurium cum Ioue & Apolline coniungeret. Atqui mens Spiritus lõge diuerſa eſt, qui Deũ ſuis epithetis inſigniens, nihil illi tribuit in quo non à creaturis omnibus differat. Vita nominatur, nõ quòd pars vitæ ſit: ſed quia ſolus vitam cõferat. Denique ex omnibus Scri-

pturæ locis, vbi Sancti refugiũ ſibi in Deo *eſſe prædicãt, negatiue arguere licet, eos nõ aliò re fugere.* Et *certe emphaticæ ſunt omnes iſtæ locutiones,* Domine *mihi factus es refugiũ:* Refu *giũ meũ es tu :* Domine *tu refugiũ fuiſti nobis: quæ* Deo, *quod ſuũ eſt, vendicant. Cõtrà vero ſi creditur cenſoribus, nihil* Deus *habebit quod non illi ſit cum creaturis commune. Oſtendant vllum ex ſanctis* Patribus *aliter vel ſenſiſſe, vel locutũ eſſe. Sub* Legis *vmbris habitus fuit* Deus *pro vnico refugio : ex quo ſuam bonitatem in Chriſto effudit, exorta eſt ex ſophiſticis ſcholis ſacrilega fidei laceratio : vt promiſcue ad* Deũ *& mortuos ſe conferat.* Ita *impletum eſt quod vulgo in papatu dicitur,* Chriſtum *inter diſcipulos non agnoſci.*

1. Theſ.4.c.13. Artic.52.

Annotatio, Lugere nos non vult Paulus de his qui mortui ſunt. In Bibliis 1528. 1532.1534.1540.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt, & erronea, nec de mente Pauli.

Cum hæc ſcriberem, prima editio, anni ſcilicet XXVIII, *non erat ad manum.* De *alijs*

tribus me̅tiuntur. Nihil enim tale illic habetur, ac ne quod accedat quide̅. Cæterùm nunquam mihi aliud veniſſe in mente̅ ſcio, quàm luctꝰ intemperie̅ illic à Paulo cohiberi: ſicuti & verba ſona̅t. Interea tenea̅t Lectores, qualis ſit Cenſorum fides ac ingenuitas. Certe cenſoria nota dignu̅ eſt crimen, publicas tabulas corrumpere.

Iob 26.a.2. *Artic.* 53.

Annotatio, Nihil adiutorii Deo eſſe ab homine. In Bibliis 1528. 1532. 1534.

Cenſura, Quanuis Deus non indigeat auxilio noſtro, ta̅quam imbecillis: neque conſilio, tanquam no̅ habens ſapie̅tiam: tamen hæc propoſitio vniuerſaliter pronuntiata, negans co̅curſum hominis cum Deo, hæretica eſt, & contraria Paulo dicenti, 1. Cor. 3. b. 9, Dei adiutores ſumus.

Offendit eos, quòd Deum ab homine iuuari nego: quia hoc modo tollitur concurſus operum noſtrorum cum Dei gratia: nempe hoc concurſu dum confligunt cum Deo homines, eum experiu̅tur lapidem eſſe ſcandali. Atque id Iudæis cauſam exitij fuiſſe docet Paulus, quòd vole̅tes propria̅ iuſtitia̅ ſtatuere, contra Deum

*impegerunt.*Rom.10 *a.*3.*Nullum doctrinæ caput notius eſſe aut celebrius inter fideles debet, quàm* Deo *nihil afferri auxilij ab hominibus.* Obijciunt *cẽſores, tolli hoc modo concurſum hominis cum* Deo.*Quaſi proprium aliquid afferãt homines ex ſeipſis ad bene agendum, ac non potius bene agant, quatenus aguntur illius* Spiritu.*Laborant homines, inquit* Auguſtinus, *inuenire in noſtra voluntate quod noſtrũ ſit, & non ex* Deo, *& quomodo poßit inueniri ignoro.* Lib.2 *de peccatorum meritis & remiſsione, cap.*18. Et *clara ſunt* Pauli *verba, Quis te diſcernit? Quid enim habes quod nõ acceperis?* 1. Cor.4.*b.*7.*Itẽ,* Deus *eſt qui operatur in nobis & velle & perficere pro beneplacito.* Philip. 2.*b.*13. *Si litẽ de verbo mouent: de redemptione humani generis concionatur propheta* Eſaias, *cũ dicit cap.*59.*c.*16, Et *vidit* Deus *quòd nõ eſſet vir, miratus eſt quòd nemo occurreret: ideo ſalutem illi fecit brachium ſuum, &c.*Locũ *ex tertio prioris ad* Corinth.*cap.inſulſe torquẽt cenſores.* Neque *enim de liberi arbitrij concurſu illic agit* Paulus; *ſed miniſtros verbi* Dei *coadiutores appellat, quia eorũ opera* Deus *vtatur*

in Eccleſiæ ædificationem. Nunc videndum an ex ſeipſis quicquam conferant. *De eo clare reſpondet Paulus, Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, 1. Cor. 12. a. 3. Itẽ, Non quòd idonei ſimus ex nobis ad cogitandũ quicquam, 2. Cor. 3. b. 5. Et certe nihil aliud ſunt boni doctores quàm inſtrumẽta, in quibus ſuam virtutem Deus exerit. Sed hæc eorũ eſt in tractanda Scriptura religio & dexteritas.*

Iob 27. a. 2. *Artic.* 54.

Annotatio, Ex inſuſtentabili crucis onere, Iob Deum accuſat. In Bibliis 1532. 1534.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt, iniuria, & calumnioſa in beatum Iob.

Verùm ſi adeſſet Iob, tales patronos faceſſere iuberet. Quàm aperte cũ Deo expoſtulet, cuiuis notum eſt. Crucis onere victum fuiſſe dico, vt in iſtas accuſationes prorũperet: hoc quoque palàm verba oſtendunt. Sorbonicis ſatis eſt verbum efflaſſe, vt perſuadeant non eſſe quod patet omnium oculis.

Iob 30 *a.* 1. *Artic.* 55.

Annotatio, Quanto contemptu ab hominibus, & quanta maledictione à Do-

mino tractetur, deſcribit Iob. In Bibliis 1528.1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc annotatio pro hac parte, Quanta maledictione à Domino tractetur, eſt ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua, iniuriáque, & in beatum Iob calumnioſa.

Si aſperius eſt maledictionis nomen, quàm vt teneris cenſorum auribus ſit tolerabile, radant primùm è Scriptura. Pœnas enim quibus peccata hominum Deus vlciſcitur, maledictiones vocari, pluſquam vſitatum eſt. Secundum hunc familiarem Scripturæ vſum, maledictionẽ vocaui, quæ benedictioni contraria erat. En grauis offenſio. Si ego in ſanctũ Iob iniurius: quãto grauior in Chriſtum Pauli iniuria, quem pro nobis maledictum fuiſſe dicit? Gala.3.b.13. Niſi in rabiem eos egiſſet maldicendi libido, abſtinuiſſent à talibus cenſuris.

1. *Reg.22.c.19, & 2.Para.18.d.19, & Ezech.14.a.4.* *Artic.56.*

Annotatio, Deus, opera Pſeudoprophetarum, ſeducit interdum eos qui verbum illius oderunt. Contẽptores verbi ſui de-

malitia & crudelitas, quòd me tã friuolo prætextu hæreticũ faciunt, quia vnus Scripturæ locus mihi forte effluxerat. Non agitur hic de vllo dogmate: tantum verbi vnius ſignificatio notatur. Quocunque modo res habeat, nullum periclitatur fidei noſtræ caput. Qualis ſit cenſorum æquitas, iudicandum relinquo, quibus tam minutæ rei obliuio hæretica eſt.

Matth.26.c.28. *Artic.43.*

Hic eſt enim ſanguis Noui teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. *Annotatio,* Remiſſio peccatorũ. In Bibliis 1534. 1540. 1545. 1546.

Cenſura, Hæc annotatio nullam faciẽs mentionem neque realis exiſtentiæ ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, neque confeſſionis ſacramentalis, per quã fit remiſſio peccatorum, quæ ſecundum loci exigentiam, potius faciẽda erat de vtraque, Lutheranorum hæreſi conſpirat.

Exigebat locus ſecundum cẽſores, vt de confeſſione verba facerem. Cauſa ſi rogetur, non erit quod dicant, niſi vt ſolennis eſt præparatio ad Miſſam. Quid autẽ Miſſæ cum ſacra Do-

mini Cœna? Chriſtus remiſsionem peccatorum gratuitam in Cœna promittens, non niſi pœnitentiam & fidem requirit. Corui iſti raucali obſtreperáque voce occinunt, Cõfitemini in aurem ſacerdotis: quod nuſquam à Chriſto præceptũ eſt. Neque impia tyrannide contenti, qua Chriſti gratiam exinaniunt quantum in ſe eſt, confeſsionis ſuæ exigentiam locis omnibus ingerunt. Quantum ad realem ſanguinis Chriſti exiſtentiam vt loquuntur, alibi reſpondi, vertendum non eſſe mihi vitio, ſi multa notulæ illæ marginales tacite prætereant, quibus in commentarijs eſſet locus: me vero laudem mereri, ſi nihil contineant, niſi quòd in textu inueniet lector. Veram nobis cum carne & ſanguine Domini cõmunicationem eſſe fateor, cuius verũ pignus ſit ſacer cœnæ panis & calix. Itaque vere participes in Cœna corporis & ſanguinis Domini nos fide effici, extra dubium pono. Sed ſophiſtica eorum cõmenta ad Vulcanum ablego, in cuius officina fabricata ſunt.

Luc. 22. *b.*20, & 1.*Cor.*11.*d.*18. *Artic.*44.
Calix, Panis. *Annotatio,* Panis. De Cœna Domini. In Bibliis 1532. 1540. 1546.

Cenſura, Cũ Lucas & Paulus in locis citatis loquantur de inſtitutione Euchariſtiæ, & author harum annotationũ nuſquã clare meminit ſacramẽti corporis & ſanguinis Chriſti, cuius meminiſſe Chriſtiani erat: annotationes ſuſpectæ ſunt.

Nuſquam de ſacramento clare loqui videor, quia inſulſum de tranſſubſtantiatione Panis in corpus figmentũ non inculco. Sed cum meæ annotationes Cœnam Domini, corpus & ſanguinem Chriſti diſerte commẽdent, in Marcum & Paulũ: tam iniqua ſuſpicio apud æquos & ſynceros iudices non valebit. Quanquã nunc quoque hanc rem breuius perſtringo, quia alibi locus aptior ſe offeret.

*Pſal.*38.*a.*1. *Artic.*45.

Annotatio, Chriſtus factus pro nobis peccatum & hoſtia peccati, cõfitetur conſcientiæ terrorem, animi anguſtiam & peccatũ. In Bibl. 1528.1532.1534.1540.1546.

Cẽſura, Hæc annotatio pro hac parte, Confitetur cõſcientiæ terrorẽ: impia eſt.

Reſpõdeant igitur, vnde vox illa, niſi ex conſcientiæ terrore, prodierit, Deus meus, vt quid

dereliquiſti me? Certe non ſatis reputant vmbratiles iſti Philoſophi & ſomnolenti doctores, quanti Filio Dei cõſtiterit expiatio pro peccatis, quibus non videtur, quam ille ſuſtinuit pœnam, vſque ad cor eius & animam penetraſſe. Longe aliter *Scriptura, quæ luctatum fuiſſe docet cũ mortis doloribus: tametſi impoſſibile fuerit ab his detineri.*

Pſal.72.c.13. *Artic.46.*

Annotatio, Peccata agnoſcentem liberat Chriſtus. In Bibl. 1532. 1534. 1540. 1546.

Cenſura, Hæc propoſitio eſt in vniuerſum falſa.

Tam parci ſunt verborum boni iſti doctores, quàm prodigi ſanguinis. Nemo non putaret, totam propoſitionem ab ipſis damnari: acſi dicerent omnino eſſe falſam. Ego autem balba ſua cenſura hoc eos velle conijcio, Si in vniuerſum ſignificet propoſitio, Quicũque peccata agnoſcunt, remiſſione donari: tunc falſam eſſe. Atqui in hoc cardine verſatur quæſtio, Quid ſit agnoſcere coram Deo peccata. Hoc vno verbo, & peccati odium ac diſplicentiam, & diuini iudicij metum, & reſipiſcendi ſtudium, quod inde

naſcitur notare volui: quemadmodum de Publicano & ſimilibus loquitur Scriptura.

Pſal.40.c.13. *Artic.47.*

Annotatio, Chriſtus afflictus putat ſe derelictum à Patre. In Bibliis 1532. 1534. 1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt, & blaſphema in Chriſtum.

Siquis deſperatione victum fuiſſe Dei filium diceret, fateor & ego blaſphemiam eſſe non ferendam. Sed qui ſimpliciter dicunt Chriſtũ abſque peccato, more noſtro, per omnia tentatũ eſſe: eos à blaſphemia Apoſtolus excuſat, Heb. 4.d.15. *Hæc vero anxietas, qua ad tempus constrictum fuiſſe Chriſtum dixi, adeò nihil eius gloriæ derogat, vt præcipuũ ſit ſpecimen tam immenſæ eius bonitatis, quàm ſalutis noſtræ pignus. Quid enim accedere ad hunc amorẽ potuit, quòd iram Dei ſubijt noſtra cauſa, vt ipſum nobis placaret? Iam vero, vnde ſtatuet miſer peccator, à Deo ſe amari, niſi quòd à Chriſto abſorpti ſunt mortis dolores?*

Argumen.in lib.Iob. *Artic.48.*

Cum verò obuerſatur ob oculos mors,

& ſubducit ſe Deus, indicant verba eius, quales cogitationes ſubeant hominem (quãtunuis etiam ſanctũ) contra Deum, in anxietate mortis: videlicet homini videtur Deus non eſſe Deus, ſed ſolum iudex & iracundus tyrãnus, qui vim exerceat, & non curat cuiuſpiam bonam vitam. In Bibliis 1532. 1540. 1546.

Cenſura, Hæc annotatio eſt temeraria, ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua.

Probè conqueritur Comicus ille poeta, Homine imperito nihil eſſe iniquius. Si vllum vnquam conſcientiæ certamen experti eſſent Sorbonici, proprio vſu edocti, abſque controuerſia mihi ſubſcriberent. Sed mihi, vt video, cũ truncis ac ſtipitibus negotium eſt: quorum mentes faſcinauit ſatan, vt quid ſit tentari, non reputent. Hinc ſcilicet illæ deliciæ, vt eorum aures offendat admonitio, qua vix vlla poteſt vtilior proponi. Nam de pijs auribus quicquid dixerint, nullam apud ſanos homines fidem inueniet. Quos Deus ſummo rigore perſequitur, eos doloris impatientia abripi dico, vt ſe inhumaniter tractari querantur, quia nihil quàm infe-

Pſal.44.a.4. *Artic.50.*

Annotatio, Credentes in Chriſtũ, confitentur ſibi fuiſſe datam terram promiſſionis ob ſolam Dei voluntatem. Hîc vide quàm omnia Deo tribuant, nihil ſibi. In ſummariis 1528.

Cenſura, Quanuis ex ſua bona voluntate Dominus Deus multa in homines fideles cõferat, tamẽ annotatio prior, cum ſigno excluſiuo poſita, falſa eſt: poſterior autem, aperte bonorũ operũ eneruatiua.

Mira Cẽſorum cautio, quòd metuunt ne erga Deũ *nimis grati ſimus: & liberaliter, ſuo iudicio,* Dei *bonitatem prædicant, cum multa illi accepta referunt. Quis tam deteſtabile ſacrilegium ferat, quòd in bonis quædam numerare audent, quæ* Dominus *gratuita ſua bonitate non conferat? Volunt operibus retribui. Quaſi nõ & ipſa retributio gratuita ſit. Quanto melius* Auguſtinus, *qui cuncta operum præmia vocat gratuita* Dei *dona? & celebre eſt eius dictũ,* Fidelem Dominum *eſſe, qui ſe nobis fecit debitorem, nõ aliquid à nobis accipiendo, ſed omnia ſponte promittẽdo.* Atque *vt* Lectoribus *notior*

l.iij.

ſit eorũ fœtida vel malitia, vel inſcitia: hic ſcholæ ſuæ axiomata non ſequuntur: quæ habent, Nihil intrinſeca dignitate opera noſtra mereri, ſed virtute promiſſionis. Atqui promiſſio in ſolo Dei beneplacito fundata eſt. Si bona opera eneruat qui Sanctos negat quicquã ſibi tribuere, neruos ipſi omnes intendant, vt vnum aliquem ex Sanctis probẽt dixiſſe, Hoc meum eſt, non ex mera Dei gratia.

Pſal. 123 a. 1. *Artic. 51.*

Annotatio, Solum Deum habemus refugium. In Bibliis 1528.

Cenſura, Hæc annotatio, Lutherana eſt, reuocans Chriſtianos ne ad beatam Virginem, & ad Sanctos confugiant.

Quoties Deus in Scriptura vocatur piorum refugiũ, boni iſti magiſtri tãquam vnum quenlibet ex deorum turba recẽſeri putant: acſi quis poeta Mercurium cum Ioue & Apolline coniungeret. Atqui mens Spiritus lõge diuerſa eſt, qui Deũ ſuis epithetis inſigniens, nihil illi tribuit in quo non à creaturis omnibus differat. Vita nominatur, nõ quòd pars vitæ ſit: ſed quia ſolus vitam cõferat. Denique ex omnibus Scri-

pturæ locis, vbi Sancti refugiũ ſibi in Deo *eſſe prædicãt, negatiue arguere licet, eos nõ aliò re fugere.* Et *certe emphaticæ ſunt omnes iſtæ locutiones,* Domine *mihi factus es refugiũ:* R*efu giũ meũ es tu :* Domine *tu refugiũ fuiſti nobis: quæ* Deo*, quod ſuũ eſt, vendicant.* C*õtrà vero ſi creditur cenſoribus, nihil* Deus *habebit quod non illi ſit cum creaturis commune .* O*ſtendant vllum ex ſanctis* Patribus *aliter vel ſenſiſſe, vel locutũ eſſe.* Sub Legis *vmbris habitus fuit* Deus *pro vnico refugio : ex quo ſuam bonitatem in* C*hriſto effudit, exorta eſt ex ſophiſticis ſcholis ſacrilega fidei laceratio : vt promiſcue ad* Deũ *& mortuos ſe conferat.* Ita *impletum eſt quod vulgo in papatu dicitur,* C*hriſtum inter diſcipulos non agnoſci.*

1. *Theſ.4.c.13.* *Artic.52.*

Annotatio, Lugere nos non vult Paulus de his qui mortui ſunt. In Bibliis 1528. 1532.1534.1540.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt, & erronea, nec de mente Pauli.

Cum hæc ſcriberem, prima editio, anni ſcilicet XXVIII, *non erat ad manum .* De *alijs*

tribus mẽtiuntur. Nihil enim tale illic habetur, ac ne quod accedat quidẽ. Cæterùm nunquam mihi aliud veniſſe in mentẽ ſcio, quàm luct⁹ intemperiẽ illic à Paulo cohiberi: ſicuti & verba ſonãt. Interea teneãt Lectores, qualis ſit Cenſorum fides ac ingenuitas. Certe cenſoria nota dignũ eſt crimen, publicas tabulas corrumpere.

Iob 26.*a*.2. *Artic.* 53.

Annotatio, Nihil adiutorii Deo eſſe ab homine. In Bibliis 1528. 1532. 1534.

Cenſura, Quanuis Deus non indigeat auxilio noſtro, tãquam imbecillis: neque conſilio, tanquam nõ habens ſapiẽtiam: tamen hæc propoſitio vniuerſaliter pronuntiata, negans cõcurſum hominis cum Deo, hæretica eſt, & contraria Paulo dicenti, 1. Cor. 3. b. 9, Dei adiutores ſumus.

Offendit eos, quòd Deum ab homine iuuari nego: quia hoc modo tollitur concurſus operum noſtrorum cum Dei gratia: nempe hoc concurſu dum confligunt cum Deo homines, eum experiũtur lapidem eſſe ſcandali. Atque id Iudæis cauſam exitij fuiſſe docet Paulus, quòd volẽtes propriã iuſtitiã ſtatuere, contra Deum

*impegerunt.*Rom.10 *a*.3.*Nullum doctrinæ caput notius eſſe aut celebrius inter fideles debet,quàm* Deo *nihil afferri auxilij ab hominibus.* Obijciunt *cẽſores, tolli hoc modo concurſum hominis cum* Deo.*Quaſi proprium aliquid afferãt homines ex ſeipſis ad bene agendum,ac non potius bene agant,quatenus aguntur illius* Spiritu.*Laborant homines,inquit* Auguſtinus, *inuenire in noſtra voluntate quod noſtrũ ſit,& non ex* Deo, *& quomodo poßit inueniri ignoro.* Lib.2*de peccatorum meritis & remißione, cap.*18. E*t clara ſunt* Pauli *verba, Quis te diſcernit?Quid enim habes quod nõ acceperis?*1. Cor.4.*b*.7.*Itẽ,* D*eus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere pro beneplacito.* Philip. 2.*b*.13. *Si litẽ de verbo mouent: de redemptione humani generis concionatur propheta* E*ſaias, cũ dicit cap.*59.*c*.16,E*t vidit* D*eus quòd nõ eſſet vir,miratus eſt quòd nemo occurreret: ideo ſalutem illi fecit brachium ſuum,&c.*Locũ *ex tertio prioris ad* Corinth.*cap.inſulſe torquẽt cenſores.* Neque *enim de liberi arbitrij concurſu illic agit* Paulus;*ſed miniſtros verbi* Dei *coadiutores appellat,quia eorũ opera* Deus *vtatur*

in Eccleſiæ ædificationem. Nunc videndum an ex ſeipſis quicquam conferant. De eo clare reſpondet Paulus, Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, 1. Cor. 12. a. 3. Itē, Non quòd idonei ſimus ex nobis ad cogitandū quicquam, 2. Cor. 3. b. 5. Et certe nihil aliud ſunt boni doctores quàm inſtrumēta, in quibus ſuam virtutem Deus exerit. Sed hæc eorū eſt in tractanda Scriptura religio & dexteritas.

Iob 27. a. 2. *Artic.* 54.

Annotatio, Ex inſuſtentabili crucis onere, Iob Deum accuſat. In Bibliis 1532. 1534.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt, iniuria, & calumnioſa in beatum Iob.

Verùm ſi adeſſet Iob, tales patronos faceſſere iuberet. Quàm aperte cū Deo expoſtulet, cuiuis notum eſt. Crucis onere victum fuiſſe dico, vt in iſtas accuſationes prorūperet: hoc quoque palàm verba oſtendunt. Sorbonicis ſatis eſt verbum efflaſſe, vt perſuadeant non eſſe quod patet omnium oculis.

Iob 30 a. 1. *Artic.* 55.

Annotatio, Quanto contemptu ab hominibus, & quanta maledictione à Do-

mino tractetur, deſcribit Iob. In Bibliis 1528.1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc annotatio pro hac parte, Quanta maledictione à Domino tractetur, eſt ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua, iniuriáque, & in beatum Iob calumnioſa.

Si aſperius eſt maledictionis nomen, quàm vt teneris cenſorum auribus ſit tolerabile, radant primùm è Scriptura. Pœnas enim quibus peccata hominum Deus vlciſcitur, maledictiones vocari, pluſquam vſitatum eſt. Secundum hunc familiarem Scripturæ vſum, maledictionẽ vocaui, quæ benedictioni contraria erat. En grauis offenſio. Si ego in ſanctũ Iob iniurius: quãto grauior in Chriſtum Pauli iniuria, quem pro nobis maledictum fuiſſe dicit? Gala.3.b.13. Niſi in rabiem eos egiſſet maldicendi libido, abſtinuiſſent à talibus cenſuris.

1. *Reg.22.c.19, & 2.Para.18.d.19, & Ezech.14.a.4.* *Artic.56.*

Annotatio, Deus, opera Pſeudoprophetarum, ſeducit interdum eos qui verbum illius oderunt. Contẽptores verbi ſui de-

cipit interdum Dominus per Pſeudopro phetas. In Bibliis 1532.1540.1546.

Cenſura, Licet Scriptura frequẽter his verbis Seducit, Decipit, ac ſimilibus vtatur: tamen interpretis partes erant, monere Lectorem, Deum nõ eſſe authorem mali, nec ſeductionis, nec deceptionis: ſed Scripturam indicare tãtum diuinam permiſſionem.

Deum non eſſe authorem mali, confeſſum eſt inter pios omnes axioma. Iudicia Dei in meras permiſſiones transferre, neque Scriptura illis permittit, neque ſani iudicij homines licitum eſſe putabunt. Neque enim tantũ permittit Deus quũ dicit, 1. Reg. 22. c. 20, *Quiſnã decipiet mihi Achab? Et diabolo ſuum obſequium offerenti præcipit ac mãdat, Egredere, &c: ſed iudicis poteſtatem exercet: quemadmodum & Paulus oſtẽdit. 2. Theſſa. 2. c. 11, vbi tradit Deũ mittere efficaciam erroris, vt mendacio credãt qui noluerunt obedire veritati. Superciliosè definiant cẽſores, permiſſiue id totũ accipi: at Scriptura reclamat, dicens, Spiritum malũ fuiſſe à Domino, qui Saulẽ ad malũ impulit.* 1. *Sam.* 16.

c.14. Quemadmodũ Paulus teſtatur, tradi in reprobum ſenſum ingratos, & in cupiditates probroſas. Rom.1.d.26.*Nec longa diſputatione opus eſt: nam ſi fatẽtur multa peccata, ſuperiorũ eſſe pœnas, concedant neceſſe eſt, à iudice infligi. Qua de re lege Auguſtinũ lib.5. contra Iulianum, cap.3. Enchiri. ad Laurent. à capite 65, vſque ad cẽteſimũ. Ceterùm aduerſus Cẽſorum truculentiam breuior mihi defenſio ſuppetit, quòd Spiritu Dei verba præeunte & dictante, me ſic locutum eſſe concedunt.*

Deut.6.c.13. *Artic.57.*

Annotatio, Deus timendus: & illi ſoli ſeruiendum. Seruiendum Deo ſoli. Deus ſolus adiutor & ſeruator. In Bibliis 1528. 1532.1534.1540.1545.1546.

Cenſura, Hæ annotationes cum præcluſionis ſigno, hæreticæ ſunt, tollentes Sanctorum auxilium.

Si præcluſionis ſigno tollitur auxiliùm Sanctorum, cur ergo Spiritui ſancto repugnant? Clara Scripturæ verba ſunt, Soli Deo ſeruies, Deut.6.c.16. Matth.4.b.10. *His cenſores dicũt euerti auxiliũ Sanctorum, quod tamen ipſi*

pertinaciter tuentur. Soli Deo omnis honor & gloria, inquit Paulus. Cur pro Sanctorum cultu depugnant, quem à Spiritu Dei excludi fatentur? Porro hæreticam vocare ſententiã quæ ex Lege & Euangelio tranſcripta eſt ad verbum, quam Deus ſcripſit ſuo digito, quam Chriſtus ore ſuo protulit: pluſquam diabolicæ audaciæ eſſe quis neget, niſi bis diabolus? Neque enim tam illis ſum iniquus, vt putidum hoc commentum, quod nõnulli ex illis blaterãt, toti Collegio adſcribam: Soli Deo, inquiunt, honor & gloria: quoniam ſolus eſt Deus. Seruies Deo ſoli: nempe qui ſolus eſt Deus. Audiuntur iſtæ næniæ & Pariſiis & in alijs primarijs Galliæ vrbibus pro ſuggeſtu. Malo tamen illis parcere, quàm vt quiſquam me exiſtimet transferre ad omnes, quod paucorum eſſe exiſtimatur.

Ioſue 23.a.1, & 2. Paralip.20.c.12.
Pſal.44.a.4. *Artic.58.*

Annotatio, Ioſue dehortatur populum à commiſtione Gentiũ, ne alii adhæreãt & fidãt quàm ſoli Deo. Ioſaphat propriæ virtuti diffidẽs, ſoli Deo fidit. In ſolo Deo ſperandũ, qui ſol⁹ ſaluat propter ſeipſum.

In Bibliis,1528.1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Loci Scripturæ quibus hæ annotationes, & ſimiles adiacent, vt plurimum ſolùm auocant ab idolorum cultu & fiducia,& populum ad vnius Dei cultum inuitant eædem. In vniuerſum cum præcluſionis ſigno toties repetito ſic poſitæ, ſunt falſæ,& conſpirantes Lutheranis negantibus tam patrocinia Sanctorũ, quàm merita operum.

O *boni Areopagitæ, qui in tenebris iudicãt.* N*on annotationes modo quas carpunt, ſed loci ex quibus ſunt deſumptæ, rectæ fidei, quæ in Deum vnũ recumbit, diſertè opponunt humanarũ virium fiduciã.*N*on in arcu meo ſperabo, &c.*P*ſa.44.b.7.*It*ẽ,2.*P*ar.20.c.12.In nobis nõ eſt fortitudo.*N*unc ſi Sorbonicæ cẽſuræ creditur, vtrũque reſtringitur ad idolorũ cultũ.* Er*go quũ dicit* Dauid,N*on in arcu meo ſperabo, nec gladius meus ſaluabit me:*Itẽ, P*ſal.20.b.8,* Hi *in curribus, illi in equis: nos autẽ in nomine* Domini *inuocabimus:*Item, Iere.*17.a.5,*Male*dictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum: benedictus qui confidit in* Do-

mino. Item quũ rurſus David reprehẽdit qui in ſua virtute confidunt, Pſal. 49. a. 7: ſponte cæcutiendum erit, vt credamus eſſe antitheſin inter Deum viuum & Gentium idola. Quare hoc? Quia fiduciam noſtram cenſores in tria membra diſcerpunt. Nam volunt nos partim meritis noſtris, partim Sanctorum patrocinijs confidere. Omitto, quàm alienũ ſit à Dei verbo hoc commentum. Hoc dico, neminem ex vetuſtis Eccleſiæ doctoribus eſſe, qui in meritis noſtris & Sanctorum patrocinijs vel minimum fiduciæ ſtatuat.

2. Theſ. 3. b. 6. *Artic 59.*

Annotatio, In eos qui non laborant manibus. In Bibliis 1532. 1534. 1540. 1546. Et ex Indicibus 1528. 1532. 1540. 1546, Laboribus propriis vult Deus nos viuere, eóſque aliis impertiri, Prouer. 5. c. 16. Ab eo qui manibus laborare non vult, ſed ex aliorum labore viuere, ſubtrahamus nos ipſos. 2. Theſſ. 3. b. 8. Manducare panem gratis & ſine labore manuum noluit Paulus.

Cenſura, Hæ quatuor annotationes ſapiunt hæreſim Vviclefuiſtarum & recen

tium hæreticorum.

Etſi ad farciendos monachorum ventres, qui alieno labore in otio ſaginantur, annotationes iſtæ non faciunt: nihil tamen continent ſuis locis non conſentaneum. Si hæreſim Vviclefuiſtarum ſapit quod dico: pluſquam inſipidi ſunt cenſores in guſtandis Pauli verbis. Quantunuis tamen pẽdulas habeant aures, Pauli verba percipere coguntur. Sed totã in me bilem euomentes, quid ille dicat, callide diſsimulãt. Cæterùm ſi eò trahunt verba mea, quaſi pios doctores & Eccleſiæ miniſtros fraudare velim legitimo victu, verba mea improbe calumniantur. Nec vero *longa excuſatione opus eſt, quia nihil illic aliud mihi propoſitum fuit, quàm referre quid haberet Pauli textus. Quod optima fide à me præſtitum fuiſſe, comperiet lector.*

Eccleſiaſtes 4 a. 4. *Artic. 60.*

Annotatio, Labores hominum ſuperflui. In Bibliis 1528. 1534. 1540. 1545.

Cenſura, Hæc propoſitio eſt hæretica: & author ſibi ipſi repugnat, vt patet ex præcedentibus annotationibus, & multis aliis.

Quis crederet ſub magiſtralibus capitijs tam rudes aſinos latere? Moneo illic ſuperfluis hominum laboribus diſputari. Putant quoſuis labores damnari, quaſi inutiles. Locus detur puero legēdus: ſtatim agnoſcet me vanos labores, in quibus ſtulti & inconſiderati homines fruſtra ſe macerant, à probis & rite ſuſceptis diſtinguere. Ergo perinde faciūt acſi inter hæreticos numerarent, qui vitioſum & adulterinum Dei *cultū à* Prophetis *reprehendi diceret.*

Matth.6.a.1. *Artic.61.*

Annotatio, Bona opera propter ſolum Deum facienda. In Bibliis 1532.1534.1546.

Cenſura, Licet propter ſolum Deum omnium finem faciēda ſint bona opera, nihilominus etiam propter proximū, & alia multa licite fiūt. quare annotatio falſa eſt & erronea.

Atqui puerilis regulæ meminiſſe oportuerat cenſores, non pugnare quæ ſubordinantur. Neque *enim ſiqua officia præſtantur hominibus, ideo ob ſolum* Deū *fieri deſinunt.* Imò *quicquid conferimus in homines, ſolius* Dei *reſpectu, vt loquūtur, fieri debet.* Verùm *clarius etiamnum ex circunſtantia loci liquebit iudicij integritas*

dico vnà cũ Chriſto, vnum Deum reſpiciendum eſſe, nequid ambitioſe agamus ad captãdam apud homines laudem. Huic doctrinæ opponũt, iuuari proximos charitatis officijs.

Prouer.10.c.16. *Artic.62.*

Annotatio, Quicquid iuſtus agit, vitã afferre ſolet, & eſt ſalutiferum: at quicquid impius agit, pernicioſum eſt. In Bibl.1545.

Cenſura, Hæc propoſitio pro vtraque ſui parte eſt hæretica.

T*antùm monendi ſunt mihi Lectores, vt Salomonis verba cum meis conferant. Dicit ille, Opus iuſti, ad vitam: fructus autem impij, ad peccatum. Ego idem prorſus alijs verbis paulo clarioribus, vt ferebat interpretis officium. Pleno ore me hæreticum pronuntiat Sorbona. Viderit Salomon, quomodo ſimile iudicium effugiat. Imò deteſtabilis huius diabolicæ ſcholæ inſania omnibus apparet, cui Spiritus Dei in pauculis verbis duplex eſt hæreticus.*

Iohan.15.a.6. *Artic.63.*

Annotatio, Opera nulla ſine fide. In Bibliis 1532.1534.1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio in vniuerſum

intellecta, falſa eſt & erronea.

Scripturam apud iſtos Cyclopes citando, nihil proficiam. Sententia Apoſtoli *eſt,* Impoſſibile *eſſe vt quis ſine fide placeat* Deo : Hebr. 11. *a.6. Pronuntiat etiā Scriptura, nos ante fidem eſſe mortuos,* Epheſ. 2. *a.* 1. *Item,* Fide *purificari corda,* Acto.15.*b.*9. *Quid à mortuis virtutis proficiſcetur? Quomodo ex ſordido fonte & corrupto pura aqua manaret?* Dicit Paulus *conſcientiam bonam eſſe ex fide non ficta,* 1.Timoth.1.*a*.5. *Vnde bonum opus elicient, quandiu malum cor erit? Alibi fidem dicit charitate operari,* Gal.5.*a.6. Qualis ſine charitate iuſtitia reperietur?* N*am ſine ipſa neque martyriū, neque omnium facultatum erogatio pili vnius æſtimatur,* 1.Corin.13.*b*.3.Fide *habitare in nobis* Chriſtum *docet* Paulus, Eph.3.*d*.17. *Extra Chriſtum quid bonorum operum ſomniabunt?* Verum *iocoſe ſubſannāt quicquid ex Scriptura affertur.* Audiant *igitur* Auguſtinum, *qui lapideas aures, velint nolint, feriet. ſic enim loquitur in præfatione in* Pſal. 31, *Opera quæ dicuntur ante fidē, quanuis uideantur hominibus laudabilia, inania ſunt.* Nemo *igitur computet*

bona opera ante fidē: vbi fides non erat, bonum opus nō erat. Itē, Si te fides data fecit iuſtū: impiū inuenit quæ faceret iuſtum. Itē, Attenduntur opera tua: & inueniūtur omnia mala. Item, Epiſt.105, ad Sixtū, Opera bona fiunt ab homine: fides autē fit in homine, ſine qua nulla opera bona fiunt. Breuiter delibo, *quod centies apud ſcriptorem illum occurrit. Si de rebus incognitis inſcite loquūtur cenſores, nihil mirū. Sed vtinā tandē diſcant quod ſit bene viuendi exordium.*

Zacha.7.b.5. *Artic.64.*

Annotatio, Reſpondet Dominus per Zachariá, ieiunia abſque operib⁹ miſericordiæ nihil eſſe. In Bi.1528.1532.1534.1540.1546

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt & erronea, à ieiuniis reuocans.

Ergo à ieiunijs reuocabat Zacharias, cum ieiunium placuiſſe Deo negaret, quo tempore Iudæi crudeles erāt ac ſcelerati in proximos. Ergo à ieiunijs reuocat Eſaias, 58.b.5, quū hypocritas deridet qui ſe anxie macerant, cū interea cor habeant impurum & peruerſum. Similiter Paulus ab eleemoſynis & prophetia & alijs virtutibus reuocat, quū ſine operibus cha-

ritatis docet nihil eſſe. Hinc perſpicue liquet vt ad craſſam hypocriſim diſcipulos ſuos inſtituāt. Volunt probari Deo ieiunium, quo ſua ſcelera tegunt impij. Deus autem ſe ad preces & ſacrificia impiorū nauſeare clamat. Miror autem in aliena cauſa tantopere feruere. certum enim eſt, non minori faſtidio illis eſſe ieiunia, quàm ſtrenui ſunt eorum præcones, & animoſi patroni. Mihi tamen in præſentia ſatis eſt, monſtraſſe, quàm nihil latratu differant à rabioſis canibus, & externis ceremonijs Deum non ſecus ac puerum crepundijs eludant.

Matth.5.c.34. *Artic.65.*

Annotatio, Non iurandum. In Bibliis 1532.1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio hæretica eſt, & olim damnata.

Mihi verò nunquam propoſitum fuit, iuſiurandum damnare. Sed cum in Summarijs, quæ vocant, breuiter vno aut altero verbo notātur loci quos in textu quærere debeat Lector, tantum conſulitur memoriæ, nō traditur plena rerum definitio. Quare inhumaniter faciunt cenſores falſa inuidia me grauando. Bene tamen

habet, quòd non adeò fucata eſt eorum malitia, vt quenquam mediocri iudicio præditum fallat.

Ierem. 10. d. 23. Artic. 66.

Annotatio, Dei eſt viam hominis dirigere, nō autem liberi arbitrii. In Bib. 1528.

Cenſura, Tametſi Deus ſit primarius viarum noſtrarum director, tamen cum gratia Dei vias noſtras dirigimus, vt patet ex eodem Ieremia 18. a. 8, & 31. quare falſá eſt hæc propoſitio.

Vt illis concedam quod poſtulant: falſum tamen eſſe quod dixi, non ſequitur. N*am ſi primarius director eſt* Deus*: non eſt igitur penes liberum arbitrium directio.* A*lioqui nullum erit ducis & comitis diſcrimē, dominæ & ancillæ. Cæterū cum* P*aulus nō volentis eſſe nec currētis pronuntiet, ſed miſerentis* Dei*: ſecure conſtituo impie ipſos contra verā piámque ſententiā latrare.* O*bijciūt, aliquas eſſe liberi quoque arbitrij partes.* N*empe quatenus liberatum eſt à* Dei S*piritu.* D*icunt nos vias noſtras cum* Dei *gratia dirigere.* A*ddo amplius,* P*er* D*ei gratiā. quia & hoc ipſum, quòd gratiam* Dei *nō reijcimus, pars gratiæ eſt.* N*eq; aliud ſonāt* I*eremiæ*

verba quibus nebulones iſti tenebras obducere conantur. Luc.2.c.21. *Artic.67.*

Cum completi eſſent dies purgationis eius. *Annotatio,* Legitur & fœminino genere Eius, & Mariam refert, id eſt, dies quibus cõtinuerat ſe domi, impuritatem ſimulans, ne Legis trãſgreſſionis accuſaretur. In Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio quo ad illam partem, Impuritatem ſimulans: impropria eſt locutio, & piis auribus male ſonans: rectius dixiſſet, puritatem occultãs.

Hic vero nouos homines non pure ſimulant. Quia hactenus barbariem pertinaciter tueri ſoliti ſunt, nunc videri affectãt latinitatis magiſtri. Verũ quis credet? Ac res quoque ipſa oſtẽdit, ridiculos eſſe ſutores, dũ vltra crepidas ſibi ſumunt iudiciũ. Diſplicet quod dixi, impuritatẽ à beata Virgine fuiſſe ſimulatam: potius dicendum fuiſſe contẽdunt, quòd puritatem occultauerit. Verum in hoc ſecũdo membro minus exprimitur quàm decebat. Purgatione enim vſa eſſe dicitur. Quorſum? Nempe acſi cõmuni more fœdata eſſet ex partu. Ergo Legis *ritum ſu-*

ſcipiens, immunditiem præ ſe tulit.

Gene. 48.c.16. *Artic.*68.

Angelus qui eruit me. *Annotatio,* Angelum protegentem, Deum per Angelum protegentem vocat. In Bib.1532.

Cenſura, Hæc annotatio fauet hæreticis negantibus auxilium Sanctorum & Angelorum.

Ergo niſi credamus Angelos per ſe ſeruare, non ſatiſfiet Sorbonicis magiſtris. Demus tam mortuos quàm Angelos nobis auxiliari. An propterea hæreticus erit, qui Deum per eos ſua beneficia largiri dicet? Quis vnquã inter Chriſtianos negare auſus eſt, Angelos diuinæ eſſe bonitatis miniſtros? Nũc palàm cernitur, quàm licentioſe ſacrilegis ſuis ſuperſtitionibus indulgeant. Magi & incantatores nihil vnquam ſuis dæmonibus tribuerunt, niſi ſub Dei *auſpicijs.* N*unc autem iudice Sorbona, nõ datur mortuis quod ſuum eſt, niſi ſeparatum à* Deo *habeant imperium. Atqui Chriſtiana philoſophia longe aliud præſcribit. Quoniam illis Scriptura ſordet, Auguſtini verba referam ex tractatu* P*ſal.* 34, *Audiam dicentem mihi, Salus tua ego ſum.*

& Nachor. Tandem ſubijcit, illos ſeruiſſe dijs alienis. Tã inſignis ſancti viri liberatio, in qua magnifice relucet Dei bonitas, merito in Eccleſia Dei celebranda eſt. Verùm hæc Sorbonica Theologia eſt, in Sãctorum contumeliam vertere, ſi illis miſericors fuerit Deus. Atqui Abraham libenter vnum ſe eſſe agnoſcit ex ijs quos vocauit Dominus cum nihil eſſent, Rom. 4.c.17. Imò execrabilis gloria, quæ alibi quàm in Dei gratia fundatur. Et pereant cum diabolica ſuperbia, quos fateri pudet totum mundum obnoxium eſſe Deo.

Deut. 28.c.36.g.64. Artic. 70.

Annotatio, Iudæos fecit Deus ſeruire diis alienis, quòd nollent ei obedire. Ex Indicib. 1532. 1546.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt, & affinis blaſphemiæ, nec vllo modo huic indicationi reſpondet textus.

An textui reſpondeat indicatio, iudicium facere cuiuis promptum erit. Inter pœnas, quibus ſcelera populi ſui vlciſcitur Deus, Moſes illam receſet, quòd dijs alienis ſeruiet. Niſi optimum inter mea & Moſis verba conſenſum reperiãt:

negēt ouum ouo eſſe ſimile.Blaſphemiæ crimen mecū ſuſtineat Spiritus Domini, qui paſſim ita in Scripturis loquitur. Neque vero *intelligo: Deum illis mādaſſe,ſed iuſta eius vindicta coactos ad hanc ſeruitutem.*

*Matth.*7.*b.*11.*Luc.*11.*b.*13.*Gen.*6.*b.*5. *Art.*71.

Annotatio, Malos nos eſſe natura,Chriſtus teſtatur.Ex indicib.1528.1532.1546.

Cenſura, Imponit hæc annotatio falſum Chriſto,cum id non dicat Chriſtus.

Natura an habitu malos eſſe nos Chriſtus pronuntiet,videndum.Loquitur de toto hominum genere.Naturam ergo ipſam malitiæ damnat. Deinde notandū eſt,conferri homines cum Deo, qui natura bonus eſt. Vnde conſtat, nihil me Chriſto affingere.

*Nume.*15.*d.*39. *Artic.*72.

Annotatio, Cogitationes cordis ne ſequamur,prohibet Deus, ſed tātum quod præcipit.

Cenſura, Hæc annotatio non eſt de mente textus,& ſecūda eius pars eſt hæretica.

Diſerte illic prohibet Deus ne ſequātur Iu-

dæi cordis ſui cogitationes. Si iuſta eſt iſtorum reprehenſio: ſequitur Moſen *alienatum ſenſu fuiſſe cum ſcriberet.* Nam *quod ab eo ad verbũ deſumpſi, ſenſu carere iactant.* Eodẽ *furore bac chãtur in ſecũdam partẽ, quam hæreticam pronuntiãt, cum ad verbum legatur.* Deut.12.*d*.32.
N*um*.15.*d*.39. *Artic*.73.

A*nnotatio*, Cordis cogitationes ne ſequamur, ſed tantum quod præcipit Deus Ibidem, Oculos noſtros, & cogitationes cordis ne ſequamur, ſed tantum præcepta Dei. Deut 12.a.6, Quod rectum no bis videtur ne faciamus, ſed tãtum quod præcipit nobis Deus.

Cenſura, Hæ tres annotationes ſunt eiuſdem farinæ cum præcedente.

I*n his omnibus ſententijs, ne ſyllabam quidem de meo addidi. Sorbona nimis fœcunda hæreſeon mater, quicquid toties per os* Moſis *repetitum eſt à* Spiritu *ſancto, hæreticum eſſe iubet. Certe aut nunquam legiſſe* Scripturam *oportet: aut per ludibrium* Deo *&* Regi *inſultaſſe, quaſi nihil non liceret. Interea palàm eſt, his fuiſſe phreneticos qui pudenda ſua coram*

omnibus ita nudauerint.

2.*Corinth.3.b.5.* *Artic.74.*

Annotatio, Ne cogitare quidem aliquid boni ex nobis poſſumus.

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt.

T*antundẽ valet cenſura, acſi Deum ex profeſſo impeterent.* Fideliter recito Pauli verba. V*no verbo ſe viciſſe putant, vbi dixerunt,* F*alſum eſt.* I*nterea ſe* P*elagianos eſſe produ͂t, qui hominem ex ſeipſo volunt quidquam poſſe.*

H*eb.9.d.14,* & 10.*c.14.* *Artic.75.*

Annotatio, Vnica hoſtia ſemel oblata, nec alia ſupereſt ad liberandu͂ nos à peccatis. Hoſtias & oblatiões reiecit Deus, vnica Chriſti hoſtia ſemel oblata cõtentus.

Cenſura. Quanuis Chriſtus tantum ſemel fuerit oblatus in ara crucis paſſibilis, tamen quotidie offertur impaſſibilis in ſacrificio Miſſæ. Quare hæ annotationes fauent negantibus ſacrificium Miſſæ, & realem præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia, & alia ſacrificia.

E*andem iſtam ſententiam, ſi alibi centies occurrat, nulla difficultate admittent, & ſecure*

prætcribunt. Imò *cum illis obijcitur, mortem Chriſti vocari vnicam hoſtiam, ita ſe expediũt: eandem, nõ diuerſam eſſe, quam offerũt in ſua* Miſſa. *Cõſtat ergo, quæ in alijs probant, & ſibi ipſis permittunt, maligno liuore in me damnare*. Facile *tamen patior, ab eorum ſacrilegijs longiſſime diſtare quæ dixi.* Abſit *enim vt miſſali eorum ſacrificio conſentiens, mortem filij* Dei. *perfida abnegatione repudiem*. Neque *enim mors* Chriſti *reconciliatio mundi eſt, niſi vnicum ſit expiandis peccatis ſacrificium.* Vnica *enim oblatione abſoluit in æternum ſanctificatos, inquit Apoſtolus* Hebr. 9. 10. c. 14. *Semel oblatum fuiſſe paſſibilẽ garriunt? Quaſi vero ſancta & immutabilis* Dei *veritas, ſimulac roſtrum porcus ingeſſerit, euerti queat.* Vnde *enim hæc diſtinctio? Scriptura, Chriſti mortem vnicum pro peccatis ſacrificium eſſe docet.* Eludit Sorbona, *fuiſſe hoc paſſibilis Chriſti ſacrificium*. *Quo iure? Quanquam ſuperuacua eſt iſta quæſtio.* Nã *ſi concedimus quod neceſſe eſt, placatum fuiſſe* Deum *filij ſui morte: non aliunde petẽda eſt remiſſio peccatorum, nec alibi ſatiſſactio cogitanda eſt.* Et *Apoſtolus* do-

cet, Chriſtum ſemel ſe offerendo, æterna redemptione functũ. Quòd impaßibilem in Miſſa offerri garriũt: in eo ſe carnifices Chriſti ſtatuunt. Solus enim ipſe idoneus fuit Sacerdos: & ideo iureiurando vocatus fuit ſecundum ordinem Melchiſedec. Farinaceũ ergo ſuum idolum diabolo ſacrificent, quia ſe Filius Dei eorum mactationi minime ſubijciet.

Heb.13.e.26. *Artic.76.*

Annotatio, Qui ſanguinẽ Chriſti pollutum iudicauerit, per eúmque peccata purgari irridens non crediderit, aliunde quærens purgari, grauiſſima tormenta perferet.

Cenſura, Hæc annotatio, pro hac parte, Aliunde quærens purgari: innuens ſecludi ſacramentorum purgationem, quæ à ſanguine Chriſti vim & efficaciã purgandi habent, conſpirat Lutheranis, & proxima eſt hæreſi.

Quid? an aliũde quàm Chriſti ſanguine purgari quærit, qui Baptiſmum habet pro lauacro regenerationis? An qui gratiam Chriſti morte partam, ſacræ Cœnæ vſu obſignat, à Chriſto

diſcedit? Hic rurſus apparet quanta truculentia feræ iſtæ diſcerpant quæ à Deo coniuncta erant. Sacramenta, adminicula ſunt quibus ad Chriſtum deducimur: & quemadmodum eleganter dicit Auguſtinus fluxiſſe ex Chriſti latere, ita fidem noſtram illuc reuocant, vt certo ſciamus ab vno Chriſto completam fuiſſe noſtram ſalutem. Reclamant Sorbonici, fieri ſacramentis iniuriam, ſiquis neget aliunde animas noſtras purgari quàm Chriſti expiatione. Hîc tamen verecũdiæ nonnihil ſimulant, quum propoſitionem dicunt hæreſi eſſe proximam. Ita periti ſunt qualificandi artifices.

Rom.14.b.6. *Artic.77.*

Annotatio, Dierum delectum non habet fidelis: omnes enim pietatis officiis dicati ſunt: Infirmus in fide diſcernit.

Cenſura, Hæc annotatio cõſpirat cum errore Aerianorum.

Dierum haberi delectum nego, non ſimpliciter, ſed qui religione animos obſtringat. Nam, vt alibi dictum eſt, politica dierum obſeruatio, pia & legitima eſt. Sed vbi animis inſidet religio, & ligantur conſcientiæ, non modo pericli-

n.j.

tatur libertas per Chriſtum parta, ſed Euãgelij prædicatio prope inutilis redditur, teſte Paulo, Gala. 4.b.10. Faceſſat ergo Aerij nomen, vbi Spiritum ſanctũ doctrinæ authorẽ profcrimus.

Matth.23.a.9. *Artic.78.*

Annotatio, Ne patrẽ vocẽmus ſuper terrã à quo ſperemus quicquã, Chriſtus prohibet, cũ vnus ſit Pater noſter in cælis.

Cenſura, Quanuis ſit vnus Pater cæleſtis corporum & animorum, attamen iubet Chriſtus nos honorare patres naturales & ſpirituales, à quibus multa ſperare poſſumus. quare hæc annotatio falſa eſt, & vtriſque patribus iniuria pro illa parte, A quo ſperemus quicquam.

Breuis reſponſio eſt, mea nihilo magis quàm Chriſti verba de cultu parẽtibus debito quicquam detrahere. Nec vero delirium illud me vnquam tentauit, non deberi honorem parentibus terrenis. Quod ad particulã illam attinet, Nihil ſperãdum ab alijs patribus: ſi agnoſcerẽt Sorbonici miniſtros Dei eſſe, quicunque nobis benefaciunt, litem non mouerent.

Deut.13.a.4. *Artic.79.*

Annotatio, Adhærendum Deo fide & fiducia, non idolis, aut cuiquam alii rei.

Item, A Emulator Deus non vult alii quàm ſibi ſoli fidi, Exod. 34. b.4. Deut. 4.d.24, & 5.a.9. Ioſ.24 c.19. Creaturis fidẽtes decipiũtur, Eſa.30.d.16. Præter Deum noſtrum nõ eſt alius qui affligat & opituletur, iuuet & liberet in afflictionibus, Deut.32.e.39. In veritate ſeruiẽdum Deo & non fictè nec prætextu ſeruitii Dei, alii fidere. Ioſ.24.c.14, & 1.Reg.12.d.20.

Cenſura, Loci indicati ſolent prohibere cultum & fiduciam idolorum. Hæ autem annotationes à Sanctorum veneratione, & precibus reuocãt. quare Lutheranæ ſunt & hæreticæ.

Operæpretium eſt Sorbonicam facundiam notare, Loci indicati prohibere ſolent idololatriam. Quis nũc dicat barbaros eſſe, quos videmus, elegãtiæ cauſa, tam procul accerſere verbum Solent? Sed abſterſo verborũ fuco, res ipſa inſpiciẽda eſt. Loci de quibus agitur partim ab omni ſuperſtitionũ genere reuocant, partim à

peruerſa confidentia, quæ nos in creaturis detinet. Fideliter retuli quod in textu reperturi erãt lectores. Negãt cenſores, hodie ita loquendum eſſe, quia nulla ſint amplius gentium idola. Quid? an hodiernis idolis parcendum eſt? Bella ſolutio: ſed qua aduerſus Paulum pro ſua Diana Epheſij, & Athenienſes pro ſua Minerua vti poterant: nã in deos Aſſyrios & AEgyptiacos inuecti erant Prophetæ: tranſmarinos nuſquam attigerant. Atqui longe aliud principium Chriſtianis tenendũ eſt: Cum Deus vnus ſit idem ſemper & ſui ſimilis, quicquid præter ipſum colitur, idolum & abominationem eſſe. Pars autem præcipua diuini cultus, fiducia eſt.

Prouerb.15.d.27, & 16.a.6. *Artic.* 80.

Annotatio, Fide & miſericordia peccata purgantur. Item, Credendo ſolum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum, datur vita æterna. Iohan.17.a.3.

Cenſura, Hæ annotationes & ſimiles, ſunt quidem veræ, tamen habita ratione erroris modernorum hæreticorum de ſola fide, de remiſſione peccatorum à ſolo Deo, de fiducia in ſolum Deum, relictis

aliis quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, non ſic modo ponenda erant.

Primo craſſam eorum impudentiam refellere nihil attinet, quæ pueris omnibus conſpicua eſt. N*on debui ita loqui, ne viderer gratuitam peccatorum remiſsionem aſſerere.* Atqui *me dixiſſe fatentur, fide & miſericordia remitti.* Iam *eos aperte calumniæ conuictos teneo.* V*erum libenter ſuperſedeo defenſione, quam mihi prætexere liceret.* Fateor Deum *nobis gratuito peccata remittere: nos vero ſola fide percipere, quam ipſe offert veniam.* Errare Sorbona *eos iudicat qui remiſsionem peccatorum à ſolo* Deo *eſſe tradunt, & fiduciã docent in ſolum* Deum. T*am horrenda monſtra niſi ex eorum archiuis deprompta eſſent, nemo vnquã crederet, eò demẽtiæ & impietatis progreſſos eſſe, qui* Gallicanæ *Eccleſiæ columnæ haberi volũt.* Audiant *nõ exteræ modo nationes, ſed ſyluæ quoque & rupes, & maria vocem omnium ſeculorum execratione dignam.* I*ſta enim* Sorbonica *eſt definitio:* Hæreticos *eſſe, qui ſolo* Deo *fidẽdum eſſe docent, & petendam ab eo ſolo peccatorum remiſsionem.* V*erũ cauſatur relinqui alia quæ ad*

ſalutē neceſſaria ſunt. Quænā illa? Nam ſi de medijs loquūtur diuinitus inſtitutis: nō ſunt diuerſa, neque ableganda in aliū ordinē. Euangelium ad ſalutem neceſſarium eſt: nempe quia eſt Dei potentia in ſalutē omni credenti. Male verò pereant, quādo præter Deum ſalui eſſe appetunt.

Matth. 16. d. 27. Artic. 81.

Annotatio, Iudicabitur vnuſquiſque ſecundum quod opera ſua teſtata fuerint eum habuiſſe *fidem*.

Cenſura, Hæc annotatio nihil aliud dicens quàm opera eſſe teſtimonia fidei, corrumpit textū, & planè Lutherana eſt.

Atqui tempore Auguſtini nondum natus erat Lutherus: tūc vero trita erat doctrina, Fidē inſtar radicis eſſe: bona opera, fructus inde naſcentes. neque aliter Scriptura loquitur. Fides enim eſt ſecundum Paulum, quæ operatur per charitatem. Iacobus etiā quum dicit, Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego ex operibus oſtendam tibi fidem meam: teſtimonia fidei eſſe bona opera innuit. Aliud volebant dici. Potuit quidem, ſed parum tempeſtiue eo in loco. Ita vbique ſui ſimiles apparent.

Iudic.16.e.20. Artic.82.

Annotatio, Fortitudo Samſonis nihil aliud quàm Dei vis & potentia in ipſo. Nam legitur fortitudinem illi defeciſſe, poſtquam Deus receſſiſſet ab ipſo.

Cenſura, Prima pars huius annotationis falſa eſt, cõcurſum ſecũdæ cauſæ cum prima tollens.

Etiam ſi in alijs locum haberet concurſus iſte quem fingunt: in Samſone tamen ceſſaret, cuius robur cõſtat fuiſſe extraordinarium. Quorſum furioſus iſte cõcurſus tẽdat, paulo antè dictum eſt: nempe quiſquis hominibus perſuadet, eos ſeorſum à Deo *quicquam habere, nihil niſi illam ſatanæ vocẽ inſufflat,* Eritis *ſicut dij, Gen.3.a.5 quæ ipſos tandem in ruinam præcipitet.* Omnia *poſſum, inquit* Paul[9]*: ſed in eo qui me roborat.* Philip.4.c.13. *Bene ergo Auguſtinus, qui totam virtutem noſtrã in humilitate cõſtituit, ac tunc robuſtos eſſe viros docet quum pueri ſumus,* In Pſal.38, & 92. *Et quãdo ſe multũ* Bernardi *au thoritati deferre ſimulant, nõ pigebit breuẽ eius ſententiam de iſto concurſu adſcribere, ex lib. de gratia & liber. arbit. fol.228. col.2, Nõ partim*

ritatis docet nihil eſſe. Hinc perſpicue liquet vt ad craſſam hypocriſim diſcipulos ſuos inſtituăt. Volunt probari Deo ieiunium, quo ſua ſcelera tegunt impij. Deus autem ſe ad preces & ſacrificia impiorũ nauſeare clamat. Miror autem in aliena cauſa tantopere feruere. certum enim eſt, non minori faſtidio illis eſſe ieiunia, quàm ſtrenui ſunt eorum præcones, & animoſi patroni. Mihi tamen in præſentia ſatis eſt, monſtraſſe, quàm nihil latratu differant à rabioſis canibus, & externis ceremonijs Deum non ſecus ac puerum crepundijs eludant.

Matth.5.c.34. *Artic.65.*

Annotatio, Non iurandum. In Bibliis 1532.1540.1546.

Cenſura, Hæc propoſitio hæretica eſt, & olim damnata.

Mihi verò nunquam propoſitum fuit, iuſiurandum damnare. Sed cum in Summarijs, quæ vocant, breuiter vno aut altero verbo notătur loci quos in textu quærere debeat Lector, tantum conſulitur memoriæ, nõ traditur plena rerum definitio. Quare inhumaniter faciunt cenſores falſa inuidia me grauando. Bene tamen

habet, quòd non adeò fucata eſt eorum malitia, vt quenquam mediocri iudicio præditum fallat.

Ierem. 10. d. 23. Artic. 66.

Annotatio, Dei eſt viam hominis dirigere, nō autem liberi arbitrii. In Bib. 1528.

Cenſura, Tametſi Deus ſit primarius viarum noſtrarum director, tamen cum gratia Dei vias noſtras dirigimus, vt patet ex eodem Ieremia 18. a. 8, & 31. quare falſá eſt hæc propoſitio.

Vt illis concedam quod poſtulant: falſum tamen eſſe quod dixi, non ſequitur. Nam ſi primarius director eſt Deus: non eſt igitur penes liberum arbitrium directio. Alioqui nullum erit ducis & comitis diſcrimē, dominæ & ancillæ. Cæterū cum Paulus nō volentis eſſe nec currētis pronuntiet, ſed miſerentis Dei: ſecure conſtituo impie ipſos contra verā piámque ſententiā latrare. Obijciūt, aliquas eſſe liberi quoque arbitrij partes. Nempe quatenus liberatum eſt à Dei Spiritu. Dicunt nos vias noſtras cum Dei gratia dirigere. Addo amplius, Per Dei gratiā. quia & hoc ipſum, quòd gratiam Dei nō reijcimus, pars gratiæ eſt. Neq; aliud ſonāt Ieremiæ

verba quibus nebulones iſti tenebras obducere conantur. Luc.2.c.21. Artic 67.

Cum completi eſſent dies purgationis eius. *Annotatio,* Legitur & fœminino genere Eius, & Mariam refert, id eſt, dies quibus cõtinuerat ſe domi, impuritatem ſimulans, ne Legis trãſgreſſionis accuſaretur. In Bibliis 1545.

Cenſura, Hæc annotatio quo ad illam partem, Impuritatem ſimulans: impropria eſt locutio, & piis auribus malè ſonans: rectius dixiſſet, puritatem occultás.

Hic vero nouos homines non pure ſimulant. Quia hactenus barbariem pertinaciter tueri ſoliti ſunt, nunc videri affectãt latinitatis magiſtri. Verũ quis credet? Ac res quoque ipſa oſtẽdit, ridiculos eſſe ſutores, dũ vltra crepidas ſibi ſumunt iudiciũ. Diſplicet quod dixi, impuritatẽ à beata Virgine fuiſſe ſimulatam: potius dicendum fuiſſe contẽdunt, quòd puritatem occultauerit. Verum in hoc ſecũdo membro minus exprimitur quàm decebat. Purgatione enim vſa eſſe dicitur. Quorſum? Nempe acſi cõmuni more fœdata eſſet ex partu. Ergo Legis ritum ſu-

ſcipiens, immunditiem præ ſe tulit.

Gene. 48.c.16. *Artic.68.*

Angelus qui eruit me. *Annotatio,* Angelum protegentem, Deum per Angelum protegentem vocat. In Bib.1532.

Cenſura, Hæc annotatio fauet hæreticis negantibus auxilium Sanctorum & Angelorum.

Ergo niſi credamus Angelos per ſe ſeruare, non ſatiſfiet Sorbonicis magiſtris. Demus tam mortuos quàm Angelos nobis auxiliari. An propterea hæreticus erit, qui Deum per eos ſua beneficia largiri dicet? Quis vnquã inter Chriſtianos negare auſus eſt, Angelos diuinæ eſſe bonitatis miniſtros? Nũc palàm cernitur, quàm licentioſe ſacrilegis ſuis ſuperſtitionibus indulgeant. Magi & incantatores nihil vnquam ſuis dæmonibus tribuerunt, niſi ſub Dei auſpicijs. Nunc autem iudice Sorbona, nõ datur mortuis quod ſuum eſt, niſi ſeparatum à Deo habeant imperium. Atqui Chriſtiana philoſophia longe aliud præſcribit. Quoniam illis Scriptura ſordet, Auguſtini verba referam ex tractatu Pſal. 34, Audiam dicentem mihi, Salus tua ego ſum.

& Nachor. Tandem ſubijcit, illos ſeruijſſe dijs alienis. Tã inſignis ſancti viri liberatio, in qua magnifice relucet Dei bonitas, merito in Eccleſia Dei celebranda eſt. Verùm hæc Sorbonica Theologia eſt, in Sãctorum contumeliam vertere, ſi illis miſericors fuerit Deus. Atqui Abraham libenter vnum ſe eſſe agnoſcit ex ijs quos vocauit Dominus cum nihil eſſent, Rom. 4. c. 17. Imò execrabilis gloria, quæ alibi quàm in Dei gratia fundatur. Et pereant cum diabolica ſuperbia, quos fateri pudet totum mundum obnoxium eſſe Deo.

Deut. 28. c. 36. g. 64. *Artic. 70.*

Annotatio, Iudæos fecit Deus ſeruire diis alienis, quòd nollent ei obedire. Ex Indicib. 1532. 1546.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt, & affinis blaſphemiæ, nec vllo modo huic indicationi reſpondet textus.

An textui reſpondeat indicatio, iudicium facere cuiuis promptum erit. Inter pœnas, quibus ſcelera populi ſui vlciſcitur Deus, Moſes illam receẽſet, quòd dijs alienis ſeruiet. Niſi optimum inter mea & Moſis verba conſenſum reperiãt:

neget ouum ouo eſſe ſimile. Blaſphemiæ crimen mecũ ſuſtineat Spiritus Domini, qui paßim ita in Scripturis loquitur. Neque vero intelligo: Deum illis mãdaſſe, ſed iuſta eius vindicta coa-ctos ad hanc ſeruitutem.

Matth. 7.*b*.11. *Luc.* 11.*b*.13. *Gen.* 6.*b*.5. *Art.* 71.

Annotatio, Malos nos eſſe natura, Chriſtus teſtatur. Ex indicib. 1528. 1532. 1546.

Cenſura, Imponit hæc annotatio falſum Chriſto, cum id non dicat Chriſtus.

Natura an habitu malos eſſe nos Chriſtus pronuntiet, videndum. Loquitur de toto hominum genere. Naturam ergo ipſam malitiæ damnat. Deinde notandũ eſt, conferri homines cum Deo, qui natura bonus eſt. Vnde conſtat, nihil me Chriſto affingere.

N*ume.* 15.*d.* 39. *Artic.* 72.

Annotatio, Cogitationes cordis ne ſequamur, prohibet Deus, ſed tãtum quod præcipit.

Cenſura, Hæc annotatio non eſt de mente textus, & ſecũda eius pars eſt hæretica.

Diſerte illic prohibet Deus ne ſequãtur Iu-

dæi cordis ſui cogitationes. Si iuſta eſt iſtorum reprehenſio: ſequitur Moſen *alienatum ſenſu fuiſſe cum ſcriberet.* Nam *quod ab eo ad verbũ deſumpſi, ſenſu carere iactant.* Eodẽ *furore bacchãtur in ſecũdam partẽ, quam hæreticam pronuntiãt, cum ad verbum legatur.* Deut.12.d.32. N*um.*15.*d.*39. Artic.73.

A*nnotatio,* Cordis cogitationes ne ſequamur, ſed tantum quod præcipit Deus Ibidem, Oculos noſtros, & cogitationes cordis ne ſequamur, ſed tantum præcepta Dei. Deut 12.a.6, Quod rectum nobis videtur ne faciamus, ſed tãtum quod præcipit nobis Deus.

C*enſura,* Hæ tres annotationes ſunt eiuſdem farinæ cum præcedente.

I*n his omnibus ſententijs, ne ſyllabam quidem de meo addidi. Sorbona nimis fœcunda hæreſeon mater, quicquid toties per os* M*oſis repetitum eſt à* S*piritu ſancto, hæreticum eſſe iubet. Certe aut nunquam legiſſe* S*cripturam oportet: aut per ludibrium* D*eo &* R*egi inſultaſſe, quaſi nihil non liceret.* I*nterea palàm eſt, his fuiſſe phreneticos qui pudenda ſua coram*

omnibus ita nudauerint.

2. Corinth.3.b.5. *Artic.74.*

Annotatio, Ne cogitare quidem aliquid boni ex nobis poſſumus.

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt.

T*antundẽ valet cenſura, acſi Deum ex profeſſo impeterent.* Fideliter recito Pauli *verba. Vno verbo ſe viciſſe putant, vbi dixerunt, Falſum eſt.* Interea *ſe* Pelagianos *eſſe produ͂t, qui hominem ex ſeipſo volunt quidquam poſſe.*

Heb.9.d.14, & 10.c.14. *Artic.75.*

Annotatio, Vnica hoſtia ſemel oblata, nec alia ſupereſt ad liberandũ nos à peccatis. Hoſtias & oblatiões reiecit Deus, vnica Chriſti hoſtia ſemel oblata cõtentus.

Cenſura. Quanuis Chriſtus tantum ſemel fuerit oblatus in ara crucis paſſibilis, tamen quotidie offertur impaſſibilis in ſacrificio Miſſæ. Quare hæ annotationes fauent negantibus ſacrificium Miſſæ, & realem præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia, & alia ſacrificia.

E*andem iſtam ſententiam, ſi alibi centies occurrat, nulla difficultate admittent, & ſecure*

præteribunt. *Imò cum illis obijcitur, mortem Chriſti vocari vnicam hoſtiam, ita ſe expediũt: eandem, nõ diuerſam eſſe, quam offerũt in ſua Miſſa. Cõſtat ergo, quæ in alijs probant, & ſibi ipſis permittunt, maligno liuore in me damnare*. *Facile tamen patior, ab eorum ſacrilegijs longiſſime diſtare quæ dixi.* A*bſit enim vt miſſali eorum ſacrificio conſentiens, mortem filij* Dei. *perfida abnegatione repudiem*. N*eque enim mors* C*hriſti reconciliatio mundi eſt, niſi vnicum ſit expiandis peccatis ſacrificium.* V*nica enim oblatione abſoluit in æternum ſanctificatos, inquit* A*poſtolus* Hebr. 9. 10. c. 14. *Semel oblatum fuiſſe paſſibilẽ garriunt? Quaſi vero ſancta & immutabilis* Dei *veritas, ſimulac roſtrum porcus ingeſſerit, euerti queat.* V*nde enim hæc diſtinctio? Scriptura,* C*hriſti mortem vnicum pro peccatis ſacrificium eſſe docet.* E*ludit* Sorbona, *fuiſſe hoc paſſibilis* C*hriſti ſacrificium*. *Quo iure? Quanquam ſuperuacua eſt iſta quæſtio.* N*ã ſi concedimus quod neceſſe eſt, placatum fuiſſe* D*eum filij ſui morte: non aliunde petẽda eſt remiſſio peccatorum, nec alibi ſatiſfactio cogitanda eſt.* E*t* A*poſtolus do-*

diſcedit? Hic rurſus apparet quanta truculentia feræ iſtæ diſcerpant quæ à Deo coniuncta erant. Sacramenta, adminicula ſunt quibus ad Chriſtum deducimur: & quemadmodum eleganter dicit Auguſtinus fluxiſſe ex Chriſti latere, ita fidem noſtram illuc reuocant, vt certo ſciamus ab vno Chriſto completam fuiſſe noſtram ſalutem. Reclamant Sorbonici, fieri ſacramentis iniuriam, ſiquis neget aliunde animas noſtras purgari quàm Chriſti expiatione. Hîc tamen verecũdiæ nonnihil ſimulant, quum propoſitionem dicunt hæreſi eſſe proximam. Ita periti ſunt qualificandi artifices.

Rom. 14. b. 6. Artic. 77.

Annotatio, Dierum delectum non habet fidelis: omnes enim pietatis officiis dicati ſunt: Infirmus in fide diſcernit.

Cenſura, Hæc annotatio cõſpirat cum errore Aerianorum.

Dierum haberi delectum nego, non ſimpliciter, ſed qui religione animos obſtringat. Nam, vt alibi dictum eſt, politica dierum obſeruatio, pia & legitima eſt. Sed vbi animis inſidet religio, & ligantur conſcientiæ, non modo pericli-

Deut.13.a.4. Artic.79.

Annotatio, Adhærendum Deo fide & fiducia, non idolis, aut cuiquam alii rei. Item, A Emulator Deus non vult alii quàm ſibi ſoli fidi, Exod. 34. b.4. Deut. 4.d.24, & 5.a.9. Ioſ.24 c.19. Creaturis fidẽtes decipiũtur, Eſa.30.d.16. Præter Deum noſtrum nõ eſt alius qui affligat & opituletur, iuuet & liberet in afflictionibus, Deut.32.e.39. In veritate ſeruiẽdum Deo & non fictè nec prætextu ſeruitii Dei, alii fidere. Ioſ.24.c.14, & 1.Reg.12.d.20.

Cenſura, Loci indicati ſolent prohibere cultum & fiduciam idolorum. Hæ autem annotationes à Sanctorum veneratione, & precibus reuocãt. quare Lutheranæ ſunt & hæreticæ.

Operæpretium eſt Sorbonicam facundiam notare, Loci indicati prohibere ſolent idololatriam. Quis nũc dicat barbaros eſſe, quos videmus, elegãtiæ cauſa, tam procul accerſere verbum Solent? Sed abſterſo verborũ fuco, res ipſa inſpiciẽda eſt. Loci de quibus agitur partim ab omni ſuperſtitionũ genere reuocant, partim à

n.ij.

peruerſa confidentia, quæ nos in creaturis detinet. Fideliter retuli quod in textu reperturi erãt lectores. Negãt cenſores, hodie ita loquendum eſſe, quia nulla ſint amplius gentium idola. Quid? an hodiernis idolis parcendum eſt? Bella ſolutio: ſed qua aduerſus Paulum pro ſua Diana Epheſij, & Athenienſes pro ſua Minerua vti poterant: nã in deos Aſſyrios & AEgyptiacos inuecti erant Prophetæ: tranſmarinos nuſquam attigerant. Atqui longe aliud principium Chriſtianis tenendũ eſt: Cum Deus vnus ſit idem ſemper & ſui ſimilis, quicquid præter ipſum colitur, idolum & abominationem eſſe. Pars autem præcipua diuini cultus, fiducia eſt.

Prouerb. 15. d. 27, & 16. a. 6. *Artic.* 80.

Annotatio, Fide & miſericordia peccata purgantur. Item, Credendo ſolum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum, datur vita æterna. Iohan. 17. a. 3.

Cenſura, Hæ annotationes & ſimiles, ſunt quidem veræ, tamen habita ratione erroris modernorum hæreticorum de ſola fide, de remiſſione peccatorum à ſolo Deo, de fiducia in ſolum Deum, relictis

aliis quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, non ſic modo ponenda erant.

Primo craſſam eorum impudentiam refellere nihil attinet, quæ pueris omnibus conſpicua eſt. Non debui ita loqui, ne viderer gratuitam peccatorum remiſſionem aſſerere. Atqui me *dixiſſe fatentur, fide & miſericordia remitti.* Iam *eos aperte calumniæ conuictos teneo.* Verum *libenter ſuperſedeo defenſione, quam mihi prætexere liceret.* Fateor Deum *nobis gratuito peccata remittere: nos vero ſola fide percipere, quam ipſe offert veniam.* Errare Sorbona *eos iudicat qui remiſſionem peccatorum à ſolo* Deo *eſſe tradunt, & fiduciã docent in ſolum* Deum. Tam *horrenda monſtra niſi ex eorum archiuis deprompta eſſent, nemo vnquã crederet, eò dementiæ & impietatis progreſſos eſſe, qui* Gallicanæ Eccleſiæ *columnæ haberi volũt.* Audiant *nõ exteræ modo nationes, ſed ſyluæ quoque & rupes, & maria vocem omnium ſeculorum execratione dignam. Iſta enim* Sorbonica *eſt definitio:* Hæreticos *eſſe, qui ſolo* Deo *fidẽdum eſſe docent, & petendam ab eo ſolo peccatorum remiſſionem.* Verũ *cauſatur relinqui alia quæ ad*

ſalutē neceſſaria ſunt. Quænā illa? Nam ſide medijs loquūtur diuinitus inſtitutis: nō ſunt diuerſa, neque ableganda in aliū ordinē. Euangelium ad ſalutem neceſſarium eſt: nempe quia eſt Dei potentia in ſalutē omni credenti. Male verò pereant, quādo præter Deum ſalui eſſe appetunt.

Matth. 16. d. 27. *Artic. 81.*

Annotatio, Iudicabitur vnuſquiſque ſecundum quod opera ſua teſtata fuerint eum habuiſſe *fi*dem.

Cenſura, Hæc annotatio nihil aliud dicens quàm opera eſſe teſtimonia fidei, corrumpit textū, & planè Lutherana eſt.

Atqui tempore Auguſtini nondum natus erat Lutherus: tūc vero trita erat doctrina, Fidē inſtar radicis eſſe: bona opera, fructus inde naſcentes. neque aliter Scriptura loquitur. Fides enim eſt ſecundum Paulum, quæ operatur per charitatem. Iacobus etiā quum dicit, Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego ex operibus oſtendam tibi fidem meam: teſtimonia fidei eſſe bona opera innuit. Aliud volebant dici. Potuit quidem, ſed parum tempeſtiue eo in loco. Ita vbique ſui ſimiles apparent.

Iudic.16.e.20. *Artic.82.*

Annotatio, Fortitudo Samſonis nihil aliud quàm Dei vis & potentia in ipſo. Nam legitur fortitudinem illi defeciſſe, poſtquam Deus receſſiſſet ab ipſo.

Cenſura, Prima pars huius annotationis falſa eſt, cõcurſum ſecũdæ cauſæ cum prima tollens.

Etiam ſi in aliјs locum haberet concurſus iſte quem fingunt: in Samſone tamen ceſſaret, cuius robur cõſtat fuiſſe extraordinarium. Quorſum furioſus iſte cõcurſus tẽdat, paulo antè dictum eſt: nempe quiſquis hominibus perſuadet, eos ſeorſum à Deo quicquam habere, nihil niſi illam ſatanæ vocẽ inſufflat, Eritis *ſicut dij,* Gen.3.a.5 *quæ ipſos tandem in ruinam præcipitet. Omnia poſſum, inquit* Paul⁹*: ſed in eo qui me roborat.* Philip.4.c.13. *Bene ergo Auguſtinus, qui totam virtutem noſtrã in humilitate cõſtituit, ac tunc robuſtos eſſe viros docet quum pueri ſumus,* In Pſal.38, & 92. E*t quãdo ſe multũ* Bernardi *authoritati deferre ſimulant, nõ pigebit breuẽ eius ſententiam de iſto concurſu adſcribere, ex lib. de gratia & liber. arbit. fol.228. col.2,* Nõ *partim*

gratia, inquit, partim liberũ arbitriũ: ſed totum ſingula opere indiuiduo peragũt. Totũ quidem hoc, & totum illa: ſed vt totum in illo, ſic totum ex illa. De *Samſone vero quãta cenſorum impudentia eſt, quę conſtat inſolito Spiritus inſtinctu non modo gubernatum fuiſſe, ſed penitus raptum?*

Deut. 8. d. 17. *Artic. 83.*

Annotatio, Fortitudini & robori manuum ne tribuamus diuitias, ſed miſericordiæ Dei.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt & erronea.

Legatur textus Moſis: *illic reperietur error & falſitas. Quid tamen* Moſe *opus eſt magiſtro? Flagris ſubigẽdi ſunt tales aſini: nõ vt doceãtur, qui prorſus ſunt indociles ſed ne ita petulanter calcitrare audeãt. Vt tamen redeamus ad* Moſen, *verba eius ſunt*, Ne *dicas in corde tuo*, Fortitudo *mea & robur manus meæ hæc mihi præſtiterũt.* Eant *nũc* Sorbonici, *& viribus tuis arrogẽt quod* Deus *ſuũ eſſe teſtatur.*

Matth. 20. a. 8. *Artic. 84.*

Annotatio, Mercedem ex æquo nouiſ-

ſimis atque primis dat Chriſt⁹, vt videas nihil vllis hominibus aliter quàm ex ſola Dei gratia obuenire.

Cenſura, Hæc annotatio pro ſecunda parte conſpirat errori recentium hæreticorum, negantium merita operum.

Dari æquam mercedem primis & nouiſſimis palàm eſt ex verbis Euangeliſtæ. Ratio quæritur. Aliā non inuenio, niſi quòd ex ſola Dei gratia proueniat merces. Nam ſi operum meritis reſpondeat, neceſſe erit inæqualem reddi & diuerſam. Quod prudenter expēdit Ambroſius, aut quiſquis eſt ſcriptor libri de vocatione Gēt. Poſtremos, inquit, ad cōmendādam gratiæ excellentiam diuina indulgentia munerauit, non labori pretium ſoluens, ſed diuitias bonitatis ſuæ in eos quos ſine operibus eligit, effundens: vt etiam ij, qui in multo labore ſudarūt, nec amplius quàm nouiſſimi acceperūt, intelligāt donum ſe gratiæ, nō operum accepiſſe mercedem.

Matth.20.b.16. *Artic.*85.

Annotatio, Nouiſſimos ſibi & aliis peccatores viſos, fieri in Eccleſia primos, iuſtos, & electos Dei. Primos autē qui ſibi

& aliis carnalibus videntur iuſti, fieri no uiſſimos, & haberi apud Deum peccatores, operibus ſuis, quod tantum eſt gratiæ Dei, deberi putantes, dicit Chriſtus.

Cenſura, Hæc annotatio cum præcedente eſt eiuſdem farinæ.

Quin potius ad molam trahendi eſſent cum ſuis farinis cenſores. Nihil clarius eſt quàm illic taxari eorum ſuperbiam, qui ad ſe trãſſerentes quod Dei gratiæ proprium erat, hanc iuſto honore fraudãt, & ſeipſos vana præſumptione deludũt. Sub farinæ nomine fumũ neſcio quem aſpergunt cenſores, vt dixiſſe aliud videar: ſed fumum hunc, qui ſponte euaneſcit, diſcutere nihil attinet.

Eccle. 11. *b.* 14. *Amos* 3. *b.* 6. *Artic.* 86.

Annotatio, Bonorum & malorum author Deus.

Cẽſura, Hæc annot. indiſtinctè capiẽdo authorem, hæretica eſt & blaſphema.

Nempe hoc proficiunt, vt calumniam, Dei Prophetis ipſos minari Lector intelligat. Non alia loquendi forma vſus ſum, quàm Eſaias cap. 45. *a.* 7. *Ieremias, Threno.* 2. *f.* 17. *Amos* 3.

b.6.Micheas 1.d.12. Denuntiāt cēſores, blaſphemiā fore, ſi confundere omnia libeat. Quid mirū? neque vero meæ verecundiæ eſt, crimen reijcere, cui obnoxios faciūt omnes Dei Prophetas. Interea fateor, quū author malorū vocatur Deus, culpæ non eſſe affine mali nomen, quæ in Deum nullo modo cōpetit. Nam quæcunque Deus irrogat mala, iuſtitiæ eius nihil derogāt.

Marc.2.a.7. Artic.87.

Annotatio, Dei ſolius eſt remittere peccata.

Cenſura, Licet ſolus Deus authoritatiue & principaliter peccata remittat, eadem tamē ſacerdotes hierarchici ſuo modo remittunt: quare hæc annotatio tollens confeſſionem ſacramētalem & poteſtatem clauium, hæretica eſt.

De confeſſione, cui fucoſum ſacramenti nomen imponunt, alibi dictum eſt. Item, quomodo ſolius ſit Dei peccata remittere. Nunc ad cenſuram breuiter reſpondeo, mihi non licuiſſe magiſtraliter indicem ex rebus quæ nō erant, conficere. Qui ſubtilius ſapere appetunt, axioma illud in Sorbona diſcant, Deum authoritatiue & principaliter, hierarchicos ſacerdotes ſuo

modo remittere peccata. Ego *quod apud* Mar-*cum legebam, notare ſatis habui.*

1. *Reg.*2.*b.*9. *Artic.* 88.

Annotatio, Non roboratur homo in fortitudine ſua, nihil poteſt ex ſe, ſed ſolo ex Deo, qui ſolus fortis dat aliis fortitudinem vt poſſint omnia.

Cēſura, Hæc annotatio falſa eſt, & hæretica.

Verba illa Samuelis expono, Nō in fortitudine ſua roborabitur vir. Sorbonicos male habet quòd Deum *prædico, qui ſolus fortis eſt: dare etiā hominibus, vt ab ipſo & in ipſo poſſint omnia. Quid ergo vellent? Certe non fruſtra ſe toties encomio iſto* Deus *inſignit, quòd ſit* Eccleſiæ *ſuæ fortitudo.* P*ſal.*28. 31.43. E*ſa.* 12.15 28.Ierem.16. Ioel.3, *& aliis locis. Si excipiant, non dici ſolū, niſi ſolus ſit, pars eſt fortitudinis dūtaxat. Sed potius nos ad ſolenne iuſiurandū attendere cōuenit quod* Dominus *pijs omnibus dictat,* E*ſa.*45.*d.* 35, *Vere in* Domino *iuſtitiæ meæ & fortitudo.* Nos *itaque illi cum* Dauide *dicamus,* Fortitudinem *meā ad te* Domine *cuſtodiam,* P*ſal.*59.*b.*10. Neque *enim ſe*

vires daturum promittit, niſi laſsis & debilibus, Eſa. 40 g. 29. *Et propriũ eius eſt genua labantia roborare,* Eſa. 35. b. 3. *Porro ne decipiant nos Sorbonici, Auguſtinum audiamus probe monentem in priore tractatu Pſalmi 58, Sunt qui non præſumunt de diuitijs, aut viribus corporis, aut alia ſeculari præſtantia: ſed de iuſtitia ſua. Hoc genus fortium cauẽdum, metuendum, auerſandum, non imitandũ. Et paulo pòſt, Fortitudo iſta, nõ ſanitatis eſt, ſed inſaniæ. nam phreneticis nihil fortiꝰ. Valentiores ſunt ſanis: ſed quanto maiores vires, tanto mors vicinior. Succurrat etiam quod alibi dicit, Deficiat in te virtus tua, vt Dei virtus habitet. in tractatu priori Pſalmi 70.*

Luc. 12. d. 32. *Artic. 89.*

Annotatio, Regnũ Dei nobis datũ eſſe ſuo beneplacito, nõ ob rem aliquã, docet Chriſtus: idcirco ne timeamus, hortatur.

Cenſura, Hæc annotatio eſt hæretica, & in Chriſtum calumnioſa.

Bene habet, quòd in tanta calumniandi libidine, Deus cõmunem illis ſenſum abſtulit. Calumnioſa eſt in Chriſtũ propoſitio, quòd regnũ

Dei mera gratia, non ob rem aliquã, nobis obtigiſſe dicit. Atroci calumnia me grauant, acſi negarem Chriſti ſanguine partum eſſe regnum illud. Ego autem non de Chriſti merito (quod ego magnifice vbique extollo, ipſi quantũ poſſunt, deiectum pedibus calcant:) ſed de fictitijs hominum meritis loquor, quæ nihil quàm mortem æternam promerentur. Nam *ideo tanti cõſtitit Chriſto regnum cæleſte, vt nobis gratuitò donetur.* Hoc *ſibi volũt eius verba,* Placuiſſe Deo Patri *dare nobis regnum.* Nihil *enim beneplaciti nomen ſignificat niſi omnibus operum meritis oppoſitum, ſolã* Dei *gratiam in ſublime attollat.* De *calumnia reſpondi: ad hæreſim veniendum.* Vbi *hæreſis iſta deprehẽdetur?* Nempe *quia mortẽ* Chriſti *regni cæleſtis præmium eſſe nolunt, ſed opera noſtra.* Niſi *interſe diſſideant eorum dicta, iam aqua & ignis concordiã inter ſe habent, lux nihil à tenebris differt.*

Tit.2.d.14. *Artic.* 90.

Annotatio, Opera bona nõ poſſumus facere, niſi pri' fide iuſtificemur per Chriſtũ, redimamur à peccato, & mũdemur.

Cenſura. Hæc annotatio indefinite ea

pta, falſa eſt & erronea.

Si verũ eſt illud Prophetæ, Iuſtus ex fide viuet: ergo iuſtus, ex fide operatur. Deinde Spiritu antè nos viuere oportet, quàm Spiritu ambulemus. Spiritus autem fide recipitur: imò ipſe eſt qui dans fidem, nos ſimul regenerat. Profani iſti homines imaginantur opera moraliter bona ante fidem. Atqui inter fideles opera non actibus, ſed fine penſantur, inquit Auguſtinus, lib. 4. cõtra Iulianum. Vnde cõcludit, Nos, quæ videntur bona opera, dicimus non eſſe vere bona ſine fide: quoniã neceſſe eſt bona opera placere Deo, cui ſine fide impoſsibile eſt placere. Item lib. ad Bonifac. 3. cap. 5, Noſtra, hoc eſt Catholica fides, iuſtos ab iniuſtis, nõ operũ, ſed fidei lege diſcernit: ſine qua etiã quæ videntur bona operá, in peccata vertũtur. Sed quid iſtis beſtijs facias? Volũt nos iuſte viuere, priuſquã operetur in nobis Chriſtus, qui eſt Dei iuſtitia. Volũt nos ad bene agendũ liberos eſſe, priuſquã redemptiſimus à tyrannide peccati. Volunt nos ex cordis immunditia offerre hoſtias boni odoris.

Epheſ.2.b.9. Artic.91.

Annotatio, Nõ ex operibus ſaluamur, nequis glorietur, ſed Dei dono.

Cenſura, Hæc propoſitio vniuerſaliter intellecta, eſt hæretica.

Verba Pauli eſſe quæ refero, agnoſcũt pij Lectores. Ea ſi generaliter intelligantur, hæretica pronuntiant Sorbonici magiſtri. Nimium id quidem magiſtraliter. Væ autem huius ſcholæ diſcipulis, vbi tam fœdæ blaſphemiæ quotidie audiuntur. Verum quia de gratuita ſalute paulo poſt rurſus dicendum erit, locum nunc breuius attingo.

1.*Corinth.6.b.7.* Artic.92.

Annotatio, Fraus potius patiẽda, quàm iudicio contendendum.

Cenſura, Licet potius patiẽda ſit fraus, quàm cum ſcandalo fidei, aut appetitu vindictæ, in iudicio contendendum: tamen hæc annotatio falſa eſt, & ſcãdaloſa, & Reipublicæ perturbatiua.

Oſtendo cum Paulo, quid melius ſit. Verba enim eius ſunt, Cur non potius iniuriã patimini? Neque vero vllius doctrinæ authorem illic mẽ

profiteor, ſed indicem rerũ, quas quærere apud Paulum debeant Lectores, conficio. Sorbonæ ſcandalum eſt, ad tolerantiam hortari homines vindictæ plus ſatis cupidos. Feramus. Neque enim eorũ eſt aut malis obuiam ire, aut iuuare ſuo ſuffragio qui mala corrigere ſtudent. Sed quòd propoſitio reip. perturbatiua ab illis dicitur, minime ferendum. Perinde mecum agunt, acſi iudicia tollerem, leges, iura, & totum ordinem politicũ euerterem: id quàm à me alienum ſit, teſtari nihil attinet. De re tantum agamus. Non diſputo ſimpliciter, an litigare liceat, nécne. Quid igitur? Ego ne verbũ quidem, ex meo ſenſu: tantum admoneo, Paulum tolerantiam fraudis, litibus præferre. An ita ſit, inſpiciat Lector: & cenſorum impudentiam deprehendet.

Ierem. 9. g. 24. *Artic. 93.*

Annotatio, Gloriandum in Dei cognitione tantum.

Cẽſura, Quum non ſolum gloriemur in Dei cognitione, ſed & ſancte gloriemur in eiuſdem amore, in cruce Domini noſtri IeſuChriſti, & aliis, hæc annotatio eſt hæretica.

Cenſura, Cum textus loquatur tãtum de ſpiritualibus gratis communicandis, hæc annotatio tamen generaliter poſita, eſt falſa,& politiæ ciuilis euerſiua.

Neque annotatio eſt, neque interpretatio: ſed nuda ſimpléxque indicatio ſententiæ, quam apud Matthæum quærere docentur Lectores. De ſpiritualibus illic agi fateor. Eadem mihi mens & idem cõſilium cum fuerit: non eſt quod politiæ euerſor vociter.

Zacha.7.b.5. *Artic.95.*

Annotatio, Ieiunia abſque operibus miſericordiæ nihil prodeſſe.

Cenſura, Hæc annotatio falſa, erronea, à ieiuniis reuocans.

Quo maiorem facerent congeriem: cenſuram vnã bis infercire libuit. Prius enim numero 64. poſita, nũc repetitur. Niſi forte ad purgandas ſuas crapulas, vel ſaltem eluendam earum infamiam, qua vulgo ipſos flagrare notũ eſt, acriorem erga ieiunia zelum data opera oſtentant.

Matth.13.b.14. *Artic.96.*

Annotatio, De reprobis qui poſt contemptum verbum Euangelii, quod ne-

queunt recipere, magis excæcantur.

Cenſura, Hæc annotatio eſt erronea, fauens hæreticis aſſerentibus diuinã præſcientiam imponere neceſſitatem libero arbitrio.

Ego ſicuti ex eorum numero non ſum, qui putant Dei *præſciẽtia hominibus peccandi neceſſitatem imponi: ita reprobos indubie affirmo nihil quàm peccare poſſe: quia* Dei *gratia deſtituti, æterno exitio deuoti ſunt. Cæterum etſi neceſſario peccant, quia mala arbor non poteſt fructus bonos proferre: ſufficere tamẽ ad reatum dico, quòd ſponte, non coacti: propria malitia, nõ aliena culpa peccant.* Erroneum *porrò vocare, quod toties occurrit in Scripturis: Sorbonicæ licentiæ eſt.* Neminem *credere, niſi cui reuelatum eſt brachiũ* Domini, *clamat* E*ſaias ca.*53.*a.*1.*Et poſt eũ* P*aulus* R*om.*10.*c.*16.*Nemo poteſt venire ad me, ait* C*hriſtus, niſi* P*ater meus traxerit eũ,* I*oh.*6.*e.*44. Q*uòd autẽ non omnes trahat, oſtendit dicẽs,* Q*uiſquis didicit à* P*atre meo, venit ad me.* I*tẽ alibi,* P*roptere a nõ creditis, quia nõ eſtis ex ouibus meis,* I*ohan.*10. *e.*26. *De reprobis vero,* P*ropterea nõ poterant*

credere, quia dicit Eſaias, Excæcauit oculos eorũ ne videant. Iohan.12.*f*.39. *Nã credere Lucas teſtatur, qui ad vitã ſunt ordinati,* Act.13.*g* 48. *Non cumulabo ex varijs Auguſtini libris teſtimonia, quæ innumera ſuppetere notum eſt.*

Rom.9.*d*.16. Artic.97.

Annotatio, Non volenti, neque curren ti quicquam tribuendum eſt, ſed Deo miſerenti.

Cẽſura, Hæc propoſitio eſt hæretica, cum Paulus de prædeſtinatione loquẽs, & gratia præueniente, non excludat alia.

Quid non excludat Paulus, ad meam defenſionem nihil intereſt: ſententiam iſtam indico haberi apud Paulum. Et cenſores ipſi indicem eſſe norunt, non commentarium. Lectoris deinde eſt, ex circunſtantia loci diſpicere quid velit Paulus: nempe gratuitam eſſe Dei electionem, & ſolius Dei miſericordia: quoniã in ea nullũ habeant locum curſus & voluntas. Quòd ſi iſta lege, vel potius tyrannide nos teneant obſtrictos: incendio tradendi erunt omnes indices. Si poſuero, Moſen & Aaron non dediſſe gloriam Deo, locum ex Numeris, 27.*c*.14, *notans: ero*

in ſanctos Dei ſeruos contumelioſus & blaſphemus. Atqui hiſtoriam vnam notabo. Nulla venia: Neque enim ex loco fieri iudicium Magiſtris placet.

Act. 3. b. 12. *Artic. 98.*

Annotatio, Miracula non propria virtute hominis fieri, ſed Chriſti in cælo ſedentis, docent Apoſtoli.

Cenſura, Quanuis Sancti non virtute naturali faciunt miracula, virtute tamen Chriſti ſibi data faciunt, vt patet Matth. 10. a. 1, vbi habetur, Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem, &c.

Pudore vllo teneri Sorbonam, quæ meretrix eſt ferreæ frontis, valde mirum eſt. Videmus tamen verecundiæ aliquid ſubeſſe, dum pleno gutture ſua maledicta euomere non audent. Propoſitio integra relinquitur. Tantum neſcio quid oblique obmurmurant. Videamus tamen quatenus in modeſtia profecerint: Sanctos dicunt non feciſſe miracula virtute naturali. Quid

autem loquūtur Sācti ipſi? Quid nos aſpicitis, quaſi virtute propria, vel pietate fecerimus? Acto.3.b.12. Videmus non phyſicam modo virtutem, ſed pietatem quoque excludi, nequa in ipſis dignitas reſideat. Cenſoribus ſatis eſt negaſſe, Apoſtolos fuiſſe medicos, qui potionibus vel catapotijs morbos curarint. En ipſorum in Sacris tractandis religio. Sed obijciunt datam Apoſtolis fuiſſe poteſtatem. Quis negat? Nunc autem quæritur an vt miniſtri eſſent, an verò vt authores. Boni autem dialectici colligunt, propria virtute, licet ſupernatūrali, edidiſſe miracula, quos Deus ſuæ virtutis miniſtros cōſtituit.

1.*Cor.7.b.9.* *Artic.99.*

Annotatio, Nubant, qui continere non poſſunt.

Cenſura, Hæc annotatio non eſt de mente Pauli: & vniuerſaliter intellecta, præſupponit hæreſim, quòd homo non poſſit continere: iniuria eſt Deo, & votorum eneruatiua, & ſacri cœlibatus.

Semper ergo mihi excipere promptum erit, ſenſu carere Pauli verba. Atqui non temerè iactat, ſe quinque verba cū ſenſu in Eccleſia lo-

qui malle, quàm decem millia, quæ non intelligantur. Verba *Pauli ſunt, Qui non poteſt continere nubat.* Negant *cēſores de eius mēte eſſe.* Perinde *acſi negarent eſſe de mente* Moſis, *in principio* Deum *creaſſe cælum & terram.* Ipſi *vero ſic loquendo, clare demonſtrant, non modo ſenſus communis ſe eſſe expertes, ſed cerebro quoque vacuos, bis deſipere.* Quòd *addūt, præſupponere hæreſim ſi generaliter intelligatur: nō tam inſcitiam ſuam, quàm rabiem produnt.* Vertenda *enim eſſent elementa ſiquis ad generalē ſenſum trahere uellet.* Aperte *enim oſtēdit propoſitio, aliquos eſſe dono cōtinentiæ præditos.* Alioqui *dicendū foret,* Nubāt *omnes, quia non datū continere.* Pauli *autem verba, quibus vſus ſum, quoſdā ſpecialiter deſignāt.* Porrò *non omnibus promiſcuum eſſe continentiæ donum,* Chriſtus *ipſe pronuntiat,* Matth. 19.*b*.11, Non *omnes, inquit, capiunt verbum iſtud.* Et Paulus 1.Cor.7.*b*.7, V*nuſquiſque proprium habet donum: vnus ſic, alius autē ſic, de continentia enim diſputat.* Quænam *fiat* Deo *iniuria, cū dicitur cōtinentiæ gratiam non omnibus dare, ſed quibus viſum eſt, ſcire velim.* Votorum *temeritas ſi*

reprehẽditur, non mirum. Nã *in votis tenenda ſemper regula eſt, quidnã* Deus *exigat.* Propha*num igitur votum eſt, quod legitimæ vocationi aduerſatur: qualia ſunt eorũ qui cõiugio renũtiãt, ad quod diuinitus vocantur.* Mihi *cũ ſacro cœlibatu nullum eſt diſſidiũ.* Sed *nihil minus ſacrum, quàm cœlibatus papalis, qui plus fœtoris exhalat, & plura generat libidinum portenta, quàm ex Sodomæ antro vnquã exierint.* Ac *ne longius quæram exempla, in Sorbonæ cubiculis longe plura, quàm eſſet optandũ, reperientur.*

1. *Timoth.* 4. *a.* 3. *Artic.* 100.

Annotatio, Nequis nubat, prohibere, doctrina dæmonis eſt.

Cenſura, Hæc annotatio prætendens nullis prohibitas eſſe nuptias, aduerſatur intelligentiæ Pauli, & hæretica eſt, & blaſphemiæ proxima.

Hæreſim & blaſphemiã, iucũdos ſuos fœtus ſibi habeant. Quod ad me ſpectat, fateor prohibitas eſſe nuptias, & quidem adeò ſeuere, vt in monacho capitale crimẽ habeatur coniugiũ, cui impune ſcortari permittitur. Nunc *quæritur, quis ſit prohibitionis author.* Nã Lege Dei

& verbo liberũ eſſe quod Papa vetuit, nemo ſanæ mẽtis ignorat. Reſpondet Paulus, diabolica ſuperbia ferri, qui laqueũ hac in parte conſcientijs inijcere non verẽtur: & rem viribus maiorẽ exigentes, animas in deſperationẽ præcipitant.

2. *Iohan. c.* 10. *Artic.* 101.

Annotatio, Prædicatores aliud prædicãtes quàm Euangelium Chriſti, non recipiendi, nec Aue eis dicendum.

Cẽſura, Hæc annotatio, Lutherana eſt, & fauens hæreticis affirmantibus nihil recipiendum eſſe quod non ſit in Sacris literis expreſſum.

Non cogitant ſtulti homines & mente capti Apoſtolos ſe facere Lutheranos. Fingamus nihil tale dixiſſe Apoſtolos: quàm abſurdũ eſt tamen velle recipi doctores, qui aliud quàm Chriſti Euangeliũ afferunt? De ſolo Chriſto dictum eſt, Ipſum audite: Matt. 17. *a.* 5. *Neque Apoſtolos dimittit cum alio mandato, quàm vt doceãt alios quæ tradidit & præcepit,* Matt. 28. *d.* 20. *Iam Paulus Euãgelium perfectam eſſe ſapientiam pronuntiat, quæ hominem Dei perfectum reddat,* Coloſ. 1. *d.* 28. *Prodeant nunc magiſtri,*

qui fines iſtos tránſiliant. An eos audiet quiſquã, niſi qui ſponte relicto cæleſti & vnico doctore Filio Dei, *perire volet? Tenẽdum enim eſt illud* Heb. 1.*a.*10. *Deum qui multifariã & varijs modis locutus eſt per* Prophetas, *nouiſsime in dilecto* Filio *locutum eſſe.*

Exod.6.a.2.Leuit.26.g.42. *Artic.*102.

Annotatio, Propter promiſſiones ſuas ad Abraham, Iſaac & Iacob factas, omnia agit Deus erga Iudæos.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt, pertemeraria & captioſa, ſubticendo merita.

Atqui Deus *non ſubticet, cum diſerte reijcit quicquid à ſeipſis iactare poterãt* Iudæi. *Non propter vos, inquit, ſed propter nomen ſanctum meũ.* Eze.36.e.22. *Nũc merita in* Iudæis *ebuccinent* Sorbonici, *quæ* Deus *ita proſternit.* Moſes *ſimiliter* Deut. 9.*a.*5, *Non propter iuſtitias tuas dedit tibi* Dominus *terrã hãc, quũ populus ſis duræ ceruicis. Si ergo merita ſubticẽdo, tam grauiter peccaui: quid* Moſi *facient, qui diſertis verbis ea in nihilũ redigit? Fingamus aliquod meritum pretiũ cõſtare: an nulla ſine illorum encomijs fieri poterit* Diuini *fœderis mentio, quin*

falſum dicatur? Quoties fœdus ſuum præteritis meritis Deus commendat? Poſtquam me falſitatis damnarunt, temeritatem captioni miſcent. Obſecro, ſiquid fuiſſet in illis verecundiæ: an apud Regem vnquam auſi fuiſſent tam licenter bacchari? Piget in re minime dubia plus verborum conſumere. Dixi omnia Dei beneficia, Iudæis præſtita eſſe propter fœdus cum Patribus initũ. Simplex & breuis defenſio eſt, quòd idem paßim apud Moſen & Prophetas occurrit.

Eſa.58.d.13. *Artic.103.*

Annotatio, In ſabbatho quieſcere, eſt à propriis operibus noſtræ voluntatis abſtinere.

Cenſura, Hæc propoſitio vniuerſaliter poſita, eſt falſa, & hæc ſabbathi deſcriptio diminuta, & à celebratione dierum feſtorum auertens.

Non eſt plena fateor, quietis definitio, quam Deus in Lege exigebat. Tacetur enim externa quies. Verum circunſtantia loci omni me calumnia liberat. Illic contra hypocriſim populi, qui in nuda ceremonia hærebat, ſpiritualis ſabbathi veritas aſſeritur. Hoc eſt, inquit Propheta,

ſabbathum ſeruare, vt in te ceſſet voluntas tua. Sententiã Prophetæ, *qualis legitur, indico.* Ca*lumniantur cenſores, me à dierũ feſtorum celebratione auertere. Iudiciũ faciat æquus Lector.*

Prouerb. 2 6. *b.* 9. Artic. 104.

Annotatio, Impii non poſſunt recte vti verbo Dei.

Cenſura, Hæc propoſitio, falſa eſt, & erronea, & temerarie aſſerta.

Si verũ eſt quod docet Paulus, *coinquinatis & infidelibus nihil eſſe mundum: viderint cenſores, quomodo impij recte verbo* Dei *vtantur. Si vere pronũtiat Salomon, victimas impiorum eſſe abominabiles: quiſnam rectus verbi* Dei *illis vſus ſit, non video. Quin potius, teſte* Paulo, *odor illis eſt mortis in mortẽ,* 2. Cor. 2. *d.* 16. Neque *mirũ: ipſe enim* Deus *peruerſis ſe fore peruerſũ dicit.* Pſal. 18. *d.* 27. Deniq; *Aggæus,* 2. *c.* 15, *clare prædicat, nihil eſſe tã ſanctũ, quod non polluat impietas. Imò res clarior eſt, quàm vt probatione vlla indigeat. Cenſores tamen ſuo more blaſphemiarũ prodigi, tres notas, falſitatis, erroris & temeritatis cõgerunt. Verum qui dicũt impio, Iuſtus es: digni ſunt, inquit Sa-*

lomon, quibus populi maledicāt. Prou.24.c.24.
*Gal.*1.*b*.8. *Artic*.105.

Annotatio, Miniſter verbi ſi circunciſionem, aut alia quæuis opera, neceſſaria ad remiſſionem peccatorum, & non per ſolum Ieſum eam conſequi prædicauerint abominabiles & execrandi ſunt.

Cenſura, Hæc propoſitio hæretica eſt, abominabilis, & execranda, auferens opera & ſacramenta ad conſequendam peccatorum remiſſionem efficacia.

Sermonem illic habeo de extraneis operibus quæ à peccatorum remiſſione abducunt. Cenſores mihi adminicula obiiciunt, quæ in ea nos cõfirmant, eámque ratã faciũt in cordibus noſtris. Quis enim ſacramentorum vſus, niſi vt ad Chriſtum adductos, ſalutẽ ab eo vno petere doceãt? Nimis *ergo abſurdum foret, committi in certamen cũ peccatorũ remiſſione, cui ſeruiũt. Quanquam Sorbonam adeò inſulſe nugari, nihil miror, quæ non aliud ſentit de Sacramentis, quàm* Pauli *aduerſarij de ſua circũciſione: nempe opera eſſe meritoria, quæ per ſe ac ſeorſum cooperentur gratiæ* Dei: *ſalutem illis eſſe alli-*

gatam.Ego autem de circunciſione & alijs loquens,non aduentitia modo & extranea opera deſigno, quæ præter remiſsionem peccatorum ingeruntur, ſed quæ Chriſti gratiæ derogant ac repugnant.Ergo bis térque execranda Sorbona,cui diabolica execratio dupliciter arridet.

Matth.10.d.37. Artic.106.

Annotatio, Miniſter verbi eſſe non poteſt,qui parẽtes amat pluſquã Chriſtum.

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt,& errori Vviclefuiſtarum affinis.

*Vereor vt vix credant Lectores,eo fatuitatis prolapſos eſſe Sorbonicos.Quid igitur multum operæ in refutanda cenſura ponerẽ?Chriſtus neminem inter gregarios diſcipulos admittit,qui nõn præ ipſo contemnere paratus ſit patrem & matrem.*Matt.10.d.37. *Luc.*14.*c.*26. *Iſti Eccleſiæ paſtores, qui peculiariter ſe totos addicere debent Chriſto,iubent ei præferre carnem & ſanguinem.Quid dico? Deus pluris habendam eſſe vxorem pronuntiat,quàm patrem & matrem,* Geneſ. 2.d.25. *apud bonos cẽſores hæreticus habetur,qui potiorem Chriſto locum dederit. Ergo poſthac vbi de hominum chari-*

tate agetur, Vviclefuiſta erit, qui præceptū de amando Deo, *ordine præçedere dicet.* Merito *gloriatur* Sorbona *ſe* Papæ *filiam eſſe primogē nitam: quando lupanar illud meretricem magis perditæ frontis habere non poteſt.*

1. Cor. 7. *a.* 2. *Artic.* 107.

Annotatio, Vxorem habeat vnuſquiſq; ad vitandam fornicationem.

Cenſura, Hæc annotatio in ſenſu quē prætēdunt hæretici, impugnātes votum caſtitatis, & cœlibatum clericorum, hæretica eſt.

Ego. P*auli verba retuli, quibus nouum ſenſum affingere non venit mihi in mentem. Si ex eo nunc quæratur, an cœlibatum clericorum improbare voluerit, clamitant eius ſcripta, laqueū inijcere conſcientijs fas non eſſe. Siquis continentiæ donum habet, eo fruatur. Qui incontinentiæ morbo ſubiecti, carere nihilominus vxore volunt, quia remedium diuinitus oblatum reſpuunt, exitum tandem habebunt qualem merentur.* N*unc cuiuſque eſt reputare quid ſibi datum ſit, vt ex reipſa conſilium ſumatur.*

ALiquot annotationes ex Indicibus Bibliorum typis Rob. Stephani excuſorũ annis Domini 1528. 1532. 1540. 1546.

De ſacramento Euchariſtiæ.

Annotatio, Caro Chriſti, panis cibúſque eſt quem dat Chriſtus ad manducandum, non vt Iudæi intelligebant, ſed Spiritu credendo eum ſatiſfeciſſe pro peccatis noſtris, vt vitam æternam haberemus, Iohan. 6. f. 53 Manducare carnem Chriſti & bibere eius ſanguinem, nõ intelligentes aliqui ex diſcipulis eius eſſe Credere quòd carne & ſanguine ipſius redẽpti ſumus, ſed iuxta Iudæorum intelligentiam intelligentes, ſcandalizantur, & recedunt ab eo, Iohan. 6. f. 60. Panis vitæ caro Chriſti, quam dat nobis ad manducandum, credendo quòd eam dedit crucifigẽdam pro ſatiſfactione peccatorũ, Iohan. 6. f. 51.

Cenſura, Hæ tres annotationes, quatenus tacent verã & realem & ſacramentalem corporis & ſanguinis Chriſti ſumptionem, de qua Iohãnes maxime loquitur, ſunt hæreticæ, & cõſpirant ſacrament

tariis negantibus realem corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam in Euchariſtia, & manducationem realem.

Cur Sorbonicis magiſtris placuerit, res eaſdem conſarcinando, titulos mutare, non video, niſi vt fucoſa farraginis ſuæ varietate me obrueret. Quintius apud Liuium, *inanem* Antiochi *iactantiam de multiplicibus copijs deridēs, lepidam de hoſpite ſuo* Calchidēſi *fabulam adducit, qui ex vno ſuō domeſtico tam multa fercula varie condierat, vt putarent conuiuæ non parum liberaliter ſe fuiſſe exceptos. Sic iſti, vt magnam venditationis ſpeciem* Regi *præberēt, bis & ter idem ferculum, mutato ſolum nomine & colore, protulerunt.* Ego *vero, etſi mihi abunde omnes eorum calumnias iam refutaſſe videor, ne tamen hocipſum in calumniam trahant quòd apicem vllum prætercam, reſiduas eorum cenſuras breuiter perſtringere decreui: niſi quas ex ſuperioribus locis ad verbū tranſcriptas huc iterum contulerunt.* Primo loco *me accuſant, quòd ſexto capite* Iohannis *verā, realem & ſacramentalē corporis* Chriſti *ſumptionem taceā.* In *promptu mihi eſt reſponſio:* Euan-

geliſtā illic de ſacramento non loqui, quod nondum inſtitutum erat. Reclamant Sorbonici. *Sed quis præter omnem rationem garrientibus fidem habebit?* C*onſtat prorſus incognitam tunc fuiſſe* Cœnā. *Si inſtar vaticinij accipi velint concionē: verba aliud ſonant.* Loquitur ergo Chriſtus *de perpetua corporis ſui manducatione, quo fideles extra vſum viſibilis ſacramenti fruuntur.* Idque *prudenter expendit* Auguſtinus, *qui expoſita tota concione, tandem clauſulam adijcit: doctrinæ eius myſterium celebrari in* Eccleſijs, *quoties ſacra* Cœna *peragitur. Verùm quia Sorbonicis nulla eſt cum Chriſto communicatio niſi per externum ſymbolum, nullum putant ſubeſſe ſenſum* Chriſti *verbis, niſi oculis cernant quod dicitur.* Atque *vtinam ſaltem in ſigno ipſo* Chriſtum *perciperent.* Sed *carnē eius manducant ſigno tenus.* Nec *mirum.* Chriſti *enim nemo fit particeps in ſacramento, niſi qui etiam extra ſacramentum, eius membrum eſt, eúmque poſſidet.* Ego *igitur, quod ad ſimplicem loci ſenſum mihi ſufficere viſum eſt, admonui, fide nos manducare* Chriſti *carnem, vt eius vita, noſtra fiat.* Quod *dixi ex* Auguſtino *ſumptū*

eſt, qui ſic loquitur lib. de doctrina Chriſtiana 3. capite 16, Si præceptiua locutio, quæ facinus aut flagitium videtur iubere, figurata eſt: Niſi *manducaueritis carnem* Filij *hominis, nõ habebitis vitã in vobis, talis eſt.* Figura *eſt ergo præcipiens paßioni Domini eſſe communicandum, & ſuauiter aut vtiliter recondendum in memoria, quòd pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata ſit. Cæterùm de ſacramẽtali mãducatione quid ſentiam etſi ſuprà obiter attigi: hic tamen paulo clarius repetam. Quod externis ſymbolis panis & vini figurat Chriſtus in Cœna, vere impleri arcana Spiritus eius virtute nõ dubito: vt carò eius, ſpiritualis noſter cibus ſit: & ſanguis, potus.* Neque *enim fallaciter nobiſcum agit Dei filius, qui æterna eſt veritas. Quare ita ſtatuo: efficax eſſe promißionis verbum, vt panis & vinum ſacræ Cœnæ, nobis veræ cum Chriſto communicationis certa ſint pignora. Interea tamẽ craſſum illum modũ quem definiunt Sorbonici, conſtanter repudio, quòd ſcilicet panis in corpus tranſſubſtantietur, & vinũ in ſanguinem. Stultam vbiquitatẽ, quam ſomniant, non minus explodo. Quærendũ enim*

in cælo Chriſtum eſſe dico, vt ſuam in nos vitam illinc tranſfundat. Proinde tunc vere demum Chriſti corpus mãducamus, ſi anima noſtra panis ſigno ſurſum erecta fide cælos tranſcendit. Scio fieri nõ poſſe quin vehementer Sorbonæ diſpliceat mea confeſſio, verum nihil moror, modo pijs & candidis hominibus ſatiſfaciat. Iam verò operæpretium eſt notare quomodo ipſi ſecum pugnent cenſores. Sexto Iohannis capite realem & ſacramentalem ſanguinis potionem cõtendunt à Chriſto præcipi, à qua tamen populum Chriſtianum tyrãnice prohibent.

De Confeſſione ſacramentali.

Annotatio, Spiritum ſanctũ dat Chriſtus Apoſtolis, per quem ligent infideles, ſoluant fideles, Iohan. 20. e. 22.

Cenſura, Hæc annotatio eſt euerſiua poteſtatis clauium Eccleſiæ, & perperam interpretatur textum.

Bene habet, quòd Spiritum ſanctum à confeſſione ſua remouent. Dico Spiritũ dari Apoſtolis, quo ligent infideles, & fideles ſoluant. Excipiunt cenſores noſtri, euerti hoc modo confeſſionem. Cur iſtud, niſi quia fictitia eorũ ab-

p.iij.

ſolutio nec fidem nec Spiritũ Dei admittit? Nũc claues ſuas iactent, quas ſolo fidei & Spiritus nomine labefactari fatentur. Nihil accuſatorie dico. Duo, ſententiæ quam reprehendunt, membra eſſe, palàm eſt: quòd ligentur increduli, ſoluãtur fideles ab Eccleſiæ miniſtris: quod vtrunque fiat Spiritus moderatione. Clamitant cenſores euerti clauium poteſtatem: vnde ſequitur, clauibus Papæ ſolui incredulos, & fideles ligari. Atque hoc quidẽ nimis verum eſt. Sed à Sorbonicis quis vnquam talem confeßionem ſperaſſet? Dico Spiritum ſanctum dari Eccleſiæ miniſtris ad exercendum ſoluendi & ligandi munus. Nulla ſecundum Sorbonicos manebit confeßio, ſi ligandi & ſoluendi moderator ſit Dei Spiritus. Quid obſecro intereſt, ex iſtáne ſcholà an ex magicis Numæ Põpilij cõmentarijs Theologiam diſcas? Accedit alterum crimen, quòd locum perperã interpretor: ſed à quo ſolus verborũ aſpectus tam liquido me abſoluit, vt quicquã excuſationis afferre pigeat. Deinde in eadẽ mecum ſunt cauſa orthodoxi omnes ſcriptores.

De delectu ciborum & dierum.

Annotatio, In ſuo ſenſu abundet vnuſ-

quiſque, ſi ſentiat nullum eſſe delectum ciborum apud Chriſtianos,& dierum:in cõſcientia ſua certus ſit oportet,ne quũ il la fluctuare cœperit an recte ſentiat néc- ne,contra eam agat, & peccet faciendo quod per ſe peccatum non eſt, Rom. 14. a.5. Dierum delectum nõ habet fidelis,omnes enim pietatis officiis dicati ſunt:Infirmus in fide,diſcernit,Rom.14.a.5. A cibis abſtinere docẽtes,doctrinam dæmoniorum docent, 1. Timoth.4. a.3. Licent omnia Chriſtiano quod ad cibos attinet, ſed nõ expediunt proximo ſemper,1. Corinth.10.e.23.Cibis omnibus licere veſci fidelibus, oſtendit Deus Petro per viſionem,Act.10.c.15.Rom.14.a.2.

Cenſura, Hæ quinque annotationes ſic indiſtincte poſitæ, ſunt meræ impoſturæ,& præter Pauli mentem, fauentes hæreticis negantibus ciborum & dierum delectũ:quarũ ſecũda,plane hæretica eſt.

Qualis hodie inter fideles eſſe debeat obſeruatio dierum, alibi dictum eſt: nempe ordinis & externæ politiæ cauſa dũtaxat, vt interim

conſcientiam nulla obſtringat religio. Annota*tiones verò quas carpunt, ex locorum ſuorum circunſtantia debent exponi: nempe vbi cultus* Dei *locatur in ferijs, & conſcientijs imponitur neceſsitas.* Quia *autem apud eos tam ſuperſtitio regnat quàm tyrannis: neutram reprehendi ſuſtinet.* De *ciborum diſcrimine, valde ſcilicet arguta eſt eorum ſpeculatio.* Quicquid *ea de re* Paulus *diſſerit in* Epiſt. *ad* Romanos *&* Corinthios *&* Coloſſenſes, *ad* Iudaicam *ſuperſtitionẽ reſtringunt: quia multi adhuc Legẽ* Moſis *vrgebant, quanuis eſſet abrogata.* Qu*ùm venturos prædicit idẽ* Apoſtolus, *qui à cibis prohibeãt fideles, detorquẽt boni interpretes ad* Ma*nichæos, ad* Tatianos, *& ſimiles.* Qu*aſi verò obiectis paucorũ hominum perſonis,* Spiritum *ſanctũ à recta cauſæ cognitione protinus auertant.* Hoc *cum* Montano, Encratitis, *&* Mani*chæis commune habent, quòd ciborum vſum, quem liberum* Deus *eſſe iubet, illicitum fingũt.* Siquis *exprobret: puerili cauillo effugiunt,* Ma*nichæos ſe nõ eſſe.* Perinde *ac ſiquis* Christi *diuinitatem negans,* Arrianum *ſe neget.* Quan*quam de nomine non diſputo.* Eſto *ne grauentur*

hominum inuidia : tãtum dico, nihil iuuari eos ſuo reſponſo, hæreticos iam olim extitiſſe complures qui cibos interdicerẽt Chriſtianis. Nam *ſi ſemel recipitur hæc defenſio: cuiuis impio vetus exemplum obtendere ſufficiet. Quinetiam eodem modo elabi poterant* Manichæi & Tatiani*: quia excipere promptum erat, vaticinium de* Montano*, qui tempore fuerat ſuperior, intelligendum. Sed cum illos nunquam aggreſſus ſim, vltrò prorumpunt, cauentes ſibi, vt appa-ret, ante tempus. Sic impius nemine perſequẽte fugit. Quanquam ne diſſimulẽ quod res eſt, ſimul ac* Pauli *verba quis protulerit, aperto marte impeti ſe vident. An vero iuſta ſuccenſendi ratio ſit, æſtiment Lectores. Reliqua vero petant ex cenſura 41, primi ordinis: ex 23 & 32, ſecũdi ordinis. Itẽ ex cenſura 77 & 103.*

De *Iuſtificatione.*

Annotatio, Cordis noſtri æquitati vel rectitudini ne tribuamus quòd Deus det nobis vitam æternam, Deut. 9. a. 5. In corde ne dixerimus propter iuſtitiã noſtram Deum dediſſe nobis vitam æternã. Promiſſiones ſuas quibus promiſerat terram

Chanaan, vt impleret Deus, introduxit Iſraelitas in terram Chanaan, non propter eorum iuſtitiam: ſic nobis dat vitam æternam promiſſam.

Cenſura, Hæ tres annotatiões inquantũ oſtendunt Deũ dare nobis beatitudinẽ ex ſola ſua benignitate & promiſſione, & nõ ex operibus & meritis, hæreticæ ſunt.

Hæreticus ſane iſtorum iudicio habear: ſed cum Paulo, *qui docet gratiam Dei eſſe vitam æternam,* Rom. 6. d. 23. *Itẽ, Gratia ſaluati eſtis per fidem, & non ex operibus, ne quis glorietur,* Epheſ. 2. b. 8. *Item* Dauid *hominẽ pronuntiat beatũ, cui acceptã fert* Deus *iuſtitiã abſque operibus,* Rom. 4. b. 8. *Itẽ, ſi Abraham operibus iuſtificatus eſt, habet quod glorietur, ſed non apud* Deũ. *Rationẽ ſubijcit, Quia fide iuſtitiam adeptus eſt.* Fides *autem credenti & non operanti in iuſtitiam imputatur,* Rom. 4. a. 5. *Volunt* Sorbonici *magiſtri, Deum ſibi obnoxium facere.* Contrà Paulus *reos omnes ſtatuit, vt omne os obſtruatur, & conticeat hominum iuſtitia, ad illuſtrandam* Dei *iuſtitiam: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum qui ex fide eſt Ieſu*

Chriſti, Rom.3.d.26. *Illis non placet, quòd dixi nobis donari vitam æternam.* At Chriſtus eã ſe dare teſtatur, Iohan.17.a.2. Et teſte Paulo, Rom.5.d.17, *regnabũt in vita qui abũdantiã gratiæ & doni iuſtitiæ acceperũt. Quanquã hoc omnibus accidere neceſſe eſt, qui nunquam vel per ſomnium apprehenderũt quid ſit iuſtitia, quid remiſsio peccatorum, quid gratia, quid denique* vita *æterna.* Iuſtitia *operum, integra eſt* Legis *obſeruatio.* Vbi *reperietur? Quiſquis in* Legis *obſeruatione defecerit, maledictus eſt, ac reus æternæ mortis.* Nemini *itaque propitius eſt* Deus, *niſi cui gratuito remittit peccata. Secundũ hanc rationem,* Paulus Legis *& operum iuſtitiam fidei iuſtitiæ opponit. Quæ autem fidei iuſtitia?* Nempe *quæ in* Chriſtum *recumbit,* Rom.10.g.30: *vt in ipſo iuſtos eſſe nos alibi docet,* 2. Corinth. 5.d.21. *Quid gratia?* Nempe *quæ miſeriæ noſtræ ſuccurrit, vt ſeruemur non ſecundum opera iuſtitiæ quæ fecerimus, ſed ſecundum* Dei *miſericordiam,* Tit. 3.b.5. *Vita æterna, hæreditas eſt filiorum, quam adoptione conſequimur.* Adoptio *autem non niſi in* Chriſto *fundata eſt,* Epheſ. 1.a. 5.

Cæterum hoc crimen iam alibi ſæpius purgatum fuit artic. 2. 40 primi ordinis: & articulo 17, & 18, & 19, ſecundi ordinis. Sed placuit Sorbonicis ſæpius iterare, acſi nuſquã attactum foret: idque pro ſolita verecundia.

De operibus.

Externa opera non ſaluant, Eſa. 1.c.11. Operib⁹ ſuis confidẽtes male habet quòd Chriſtus det nouiſſimis, qui pauca opera fecerunt, æqualem mercedem cum primis qui portauerũt pondus diei & æſtus, Matth.20.b.12. Mercedem ex æquo nouiſſimis atque primis dat Chriſtus, vt videas quòd nihil vllis hominib⁹ aliter quã ex ſola Dei gratia obueniat, Matth.20.a.8.

Cenſura, Hæ tres annotationes hæreticæ ſunt provt noſtra opera excludunt. Spiritus ſanctus datur audientibus Euangelium, & credẽtibus, non autem iis qui ſine operibus volunt iuſtificari.

Iam ſaltẽ inter innumera maledicta vnum illis recte dictũ effluxit. Sua opera excludi queruntur. Veſtra certe fateor, quæ nihil præter externam laruam habent. Externis *operibus ſalu*

tem conſequi volũt, quæ Spiritu, fide, & cordis affectu vacua ſunt. Nullam in rem magis inſiſtunt Prophetæ, quàm vt hypocritas falſa eiuſmodi fiducia depellant. Sed in primis ridicula confeſſio, vbi externa quæ notaui, laruatáque opera, vltro ſibi vendicant. Iam operæpretium eſt videre vnde ſuam hæreſim eliciant. *Spiritus ſanctus datur credentibus. Ergo non iis qui volunt ſine operibus iuſtificari.* Longe diuerſa eſt Pauli Theologia: Credenti in eum qui iuſtificat impium, inquit, & non operanti, reputatur fides in iuſtitiam, Roma. 4. a. 4. Nam opera & fides, quoad iuſtificãdi cauſam, inter ſe pugnant. Fides enim aliunde nos mutuari docet iuſtitiam, cuius inopes & vacui ſumus. Ergo ſiquid operũ afferre liceat quæ ad promerẽdam Dei gratiam aliquid valeãt: iam in nobis iuſti, vel aliqua ex parte erimus. Neque verò interea fidem imaginor bonorum operum inanem. Sed meminiſſe oportet, in eo verti quæſtionis noſtræ cardinem, cur & qua de cauſa iuſti cenſeamur coram Deo. Etſi autem fides quæ nos iuſtificat, operibus non caret: iuſtificare tamen ſine operibus dico, quia ex mera Dei gratia, abſque vllo

noſtro merito, iuſtitiam nobis confert. In hunc modum Paulus iuſtitiam fidei definit, quòd in Legis obſeruatione non conſiſtat.

De traditionibus humanis.

Annotatio, Traditiones humanæ vitádæ, Rom.16.c.17. Quales ſunt, Colloſſ. 2.b.8 Hominum mandata docens, fruſtra Deum colit, Matth.15.a.8.

Cenſura, Vtraque harum propoſitionum indiſtinctè poſita, ſchiſmatica eſt & hæretica.

Annotatio, Mortui ſumus cum Chriſto ab elementis & regulis huius mundi, nec amplius his ſumus obnoxii, ne permittamus nobis traditiones dari, quibus præcipiatur; Ne tetigeris, ne guſtaueris hoc hoc, Coloſ.2.d.21.

Cenſura, Hæc annotatio pro hac parte, Ne permittamus nobis traditiones dari, ſic vniuerſaliter poſita, eſt ſchiſmatica & erronea.

Tres locos recenſent, duos tantum damnãt, niſi fortè eorum grãmatica Vtrũque *tam pro tribus aut quatuor, quàm pro duobus vſurpat.*

Nunc tamen videamus, quo iure, aut prætextu hæreticus & ſchiſmaticus pronuntier. Non *ſatis diſtincte poſitas eſſe ſententias obijciunt.* Ergo *ſola exceptio omiſſa, capitale erit crimen.* Demus *etiam iſtud. Quænam illos generalitas tantopere offendit & exaſperat?* Volebant *dici, vitandas eſſe humanas traditiones, exceptis* Papalibus. *Correctionem addi volebant* Chriſti *verbis, vt putēt imperiti* Deum *rite coli ad* Papæ *arbitrium.* Atqui *his teſtimonijs docemur,* Papam *impia tyrannide violaſſe* Chriſti *imperium, cum & laqueos iniicere conſcientijs, & de cultu* Dei Leges *comminiſci, auſus eſt.* Si *rogant, non diſſimulo, traditiones quibus* Papa *totam* Euangelij *doctrinā &* Dei *cultum adulterauit, mortiferos eſſe laqueos.* Non *minus in ſpirituales ætatis noſtræ tyrannos, quàm in veteres* Scribas *cōpetere illud* Chriſti *dictum,* Hypocritæ, *propter traditiones veſtras irrita facitis mandata* Dei, Matth. 15. a. 3. Perpetuam *eſſe regulam, & ſeculis omnibus aptandam,* Fruſtra Deum *coli mandatis hominum.* Minime *tamen cenſoriam grauitatem ſapit iſta bis phrenetica intemperies, quòd nuda* Chriſti *verba,*

hæretica & ſchiſmatica eſſe clamitant. Reliqua *pete ex articulo* 41.

De *Imaginibus.*

Annotatio, Imagines prohibet Deus fieri vt adorem⁹ eas, aut corā eis incuruemur, Exod 20.a.0.& 34 c.17, Leuit 26.a.1, Deut. 4.c.16, d. 23, & 5.a 8. Imagines odit Deus quæ fiūt vt adorētur, Deut. 27.c.15.

Cenſura, Hæ duæ annotationes in ſenſu quem prætendunt hæretici contra determinationem ſeptimæ vniuerſalis Synodi apud Niceam celebratæ, ſunt falſæ, detrahentes venerationi ſanctarum imaginum ſecundum Eccleſiæ vſum hactenus approbatum.

Quia cenſurā repetunt quæ in prioribus articulis, 18 & 19, *ſuprà habentur, inde petatur refutatio.*

De *Orationibus Sanctorum.*

Annotatio, Impios non liberabunt iuſti à malis, Ezech. 14.d.14. Morte Petri & aliorum non ipſi glorificabūtur, aut eorum nomen, ſed Chriſtus aut Chriſti nomen, vt legis de morte Petri, qua glorifi-

caturus erat Deum, Iohan. 21. d 19.

Cenſura, Prior harum propoſitionum indiſtincte poſita, captioſa eſt: poſterior autem, falſa & erronea.

Captionem, cuius me inique inſimulant, in Deo potius accuſent, vel eius Propheta, cuius verba recito. Fateor *Deum ſæpe benefacere indignis, in gratiã iuſtorum. Sed neceſſe tandem eſt vt impios apprehendat exitium, quod ſibi accerſere non deſinunt.* Mortuũ eſſe Petrum in *hunc finem, vt* Deũ *glorificaret, clare* Iohannes *exprimit,* Iohã. 21. d. 19. *Cui ſubſcribit & Paulus, Philip. 1. c. 20, perinde ſibi eſſe dicens, modò Chriſti nomen tam morte quàm vita glorificet.* Reclamant *cenſores, quia ſibi gloriam martyres ſanguine effuſo acquiſierint. Solutio facilis eſt: viciſsim à* Domino *ſanctificari, qui eum ſanctificant: & in fidelẽm redundare quem illi honorem cõferunt. Sed cum de primario fine quæritur, aliter quàm in mea propoſitione habetur, loquendum eſſe nego.* Neque *enim mortem oppetit pro Chriſto, niſi qui ſui oblitus, vnum hoc propoſitum habet, vt illuſtret Chriſti nomen.* Verùm *in eo craſsius deſipiunt Sorbonici, quòd*

t inc demum glorioſos fore martyres definiunt, ſi ius habeant patrocinãdi apud Deũ. Cur enim erronea illis eſt propoſitio? Præfigitur titulus, quia ſanctorũ interceſſioni ſit aduerſa. Ergo pro illorũ honore certant, quatenus ex fictitijs eorum precibus & ſuffragijs quæſtum faciunt.

De *Euangelio.*

Annotatio, Verbum Euangelii omnibus modis, vndecunque accepta occaſione, quocunque tempore prædicãdum, 2. Timoth. 4. a. 2. Euangelium Dei quomodocũque promouẽtes, etſi indigni videantur, non prohibendi tamẽ, vt Iohannem docuit Chriſtus, Luc. 9. f. 50.

Cenſura, Hæ duæ annotationes ſunt erroneæ, erroríque Valdenſium fauentes & recentium hæreticorum.

Si hæretici habentur, qui nullam prædicandi Euangelij *occaſionem negligi vel omitti volunt: quis piorum non hæreticus eſſe appetet?* Adde *quòd locum* Pauli *interpretor, vbi* Timo*theum iubet inſtare opportune & importune, vt mundi contumaciam ſedula ſua attentione ſuperet.* Boni *cenſores, vt leuent* Epiſcopos *ſuos moleſtia, quorum delicias nouerunt, indigne ſe*

runt eos vrgeri ad opus. Indignos quum prohibēdos eſſe nego, Chriſtum habeo ſatis idoneum authorem, loco illo qui citatur, ex Luc. 9.f.50 Neque vero aliud intelligo, quàm Paulus ſuo exemplo demōſtrat, Philip.1.c.18, gaudendum eſſe quoties promouetur Euangelium, ſiue bona fide, ſiue per occaſionem id fiat. Quòd autem verba mea calumnioſe huc detorquēt acſi promiſcuum hominum vulgus ad paſtorale munus euerſo Eccleſiæ ordine vocarem, adeò nihil habet coloris, vt ſecure ab excuſando ſuperſedeā. Sanctos etiā viros, & tam doctrina quàm pietate longe ipſis diſsimiles, perperàm criminantur: quaſi omnes hortando ad proximos docendos, politiam à Domino inſtitutam euertant, quam apud eos ſancte coli notum eſt. Neque enim ad publicum docendi munus admittitur quiſquam, niſi rite & ordine vocatus.

De mendicitate. De mortuis.

In prioribus annotationibus, artic.39.

Annotatio, Lugere nos non vult Paulus de iis qui mortui ſunt, 1. Theſ.4.c.13.

Cenſura, Hæc annotatio falſa eſt & erronea, nec de mente D.Pauli.

Cenſura de mendicitate, articulo 39. diluta

fuit: Cenſura verò de mortuis, articulo 52.

De Fide.

Annotatio, Fides, ſpes, & charitas permanent, etiam ſi contingat cætera dona aboleri, 1. Cor. 13. d. 13.

Cenſura, Hæc propoſitio falſa eſt quãtum ad fidem & ſpem, quum iuxta Pauli mentem non maneant in patria.

Nec verò mihi in animo fuit, dicere manſuram fidem, cum Deum facie ad faciem videbimus. Scio enim fidem ad tempus peregrinationis reſtringi, quandiu nondum aſpectu frui datur, 2. Cor. 5 a. 7. Spei nõ aliter locum eſſe ſcio, niſi dũ abſcondita eſt ſalus, Rom. 8. c. 24. *Tantùm dicere volui, reliqua dona quaſdã eſſe velut acceſſiones, quæ ad fidem, ſpem, & charitatem referantur: ideóque propriã æſtimationem non habeant. Boni interpretes me in cælum rapiunt, vt probent tunc nullam fore reſiduam fidem quum fruemur cæleſti gloria. Præpoſteri certe, qui dum ſe nimium ſimulãt cæleſtes, nullam prorſus humanitatis guttam retinent.*

De Timore.

Annotatio, Qui timet iudicium futu-

rum, pœnas, &c. nõ eſt perfectus in charitate erga Deum, 1.Iohan.4.d.18.

Cẽſura, Hæc propoſitio vt iacet indefinite, hæretica eſt, & Chriſti dicto aduerſa, euangelizãtis, Luc.12.a.3, Dico autẽ vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidũt corpus, & poſt hæc nõ habẽt amplius quid faciant. Oſtendam autem vobis quem timeatis, timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennã. Ita dico vobis, hũc timete.

Hæretica eſt propoſitio indiſtincta. Ergo pa*rum conſideratus fuit* Dei Spiritûs, *cui hæreſim cauere, non venit in memoriã.* Ex *verbis* Io*hãnis ſumpta eſt annotatio,* T*imor nõ eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem.*Eg*o ſic loquendo hæreticus: quid ergo* Io*hanni fiet?* Ex*cipient duas eſſe timoris ſpecies, quarũ altera vitioſa non ſit. trita enim eſt diſtinctio, inter ſeruilẽ timorem, & filialem.* Eg*o verò plus, ſi ita viſum fuerit, quàm poſtulẽt, illis concedo: ſanctum & caſtum eſſe* Dei *timorem, qui nihil aliud eſt, quàm voluntaria reuerentia quæ illi tanquam* Domino *&* P*atri defertur.*

Sāctum quoque timorem eſſe, quem ex ſuæ infirmitatis notitia concipiunt fideles, vt ſolicite inter pericula & humiliter ambulēt. Recte faciunt pij, duobus illis modis timendo. Et tamen *Zacharias* Baptiſtæ *pater, in ſuo cantico nos redemptos prædicat, vt ſine timore liberatori noſtro ſeruiamus.* Paſsim *occurrunt in* Scripturis *ſententiæ, quæ timorem eximunt filijs* Dei *ſub regno Chriſti.* Nullum *epitheton quod ad prauam diffidentiam reſtringat.* Quomodo *hæreſim effugiet* Spiritus Dei, *ſimpliciter à timore fideles reuocans, quum ad me dānandum* Sorbo*næ fuerit ſatis, quòd gehennam timedā eſſe negauerim?* Attendant *præterea* Lectores *quàm belle cenſurā ſuam coloret:* Timendus *eſt* Deus, *qui poteſt corpus & animam tradere gehennæ.* Inde *colligūt, eſſe timēdos inferos.* En *quàm fœliciter in dialecticæ principijs ſint verſati: vnde tamen ſuæ* Theologiæ *ſummam conficiūt.*

Quum itaque ſuper erroribus dictorum Bibliorum recenſendis, variis comitiis iureiurando ſæpius coactis præfata Theologiæ Facultas congregata fuerit, tandem poſt ſacroſanctæ de Spiritu ſan-

ĉto Miſſæ celebrationem, ruſum ſacramento fidei conuocata, perlectis & diligenter animaduerſis ſuperioribus erroribus, communi omnium doctorum calculo concluſum eſt prædicta Biblia, Nouum teſtamentū, Pſalterium, ſiue librum Pſalmorum Dauidis cum annotationibus ex Hebræorum commentariis ſeorſim excuſum, atque Indices dictorum Bibliorum iuxta deſignatum ſui temporis annum, ob errores & hæreſes in eis contentas, ſuppreſſione digna, atque in communem librorum reprobatorum catalogum reponenda. Datū Pariſiis apud ſanctum Mathurinū decima quinta die Maii. M. D. X L V I I I.

Tribueret fortè quiſpiā alius ſtultæ affectationi, quòd paucorum hominum conciliū appellāt comitia. Ego *proprie locutos puto.* Nam *vbi comitia ſua habuit* Pop. Romanus, *olim ſepta ouium fuerant. Pecudes ergo iſtas coire mirum non eſt, vt fœtus genere ſuo dignos producant. Vtinā modò oues eſſent: ſed truces beſtiæ ſunt, ſtabulum ouium præter ius & fas occupātes.*

Iam quid ſibi vult, quòd coactis ſæpius comitijs cõgregata fuerit Facultas? An populum ſibi ex Acheronte euocat Facultas, quoties congregatur? Iam ſi in iureiurando volunt aliquid eſſe authoritatis, vel peregrinos quærant, vel fatuos. Nam quibuſcunque noti ſunt, non ignotum eſt ex eorum eſſe numero, quorum Dauid os periurio & fraudibus conqueritur plenum eſſe. Et quid cogi opus fuit iureiurãdo ad nocendũ, quorum pedes tam celeriter currunt ad fundendum ſanguinem? Porrò quaſi non ſatis deſipiant, ſatanæ præſtigio faſcinatos ſe teſtantur fuiſſe. Quid enim aliud eſt Miſſa, quàm diabolica incantatio, quæ ſanos quoque dementet? Imò tantundem apud filios Dei valet Miſſæ celebratio, ac ſi quis Megæram & duas ſorores diceret lethale ſuum vulnus ſparſiſſe. Verùm vt ſuo veterno expergefacti, ſentire tandem incipiant quàm ridiculi ſint cum ſuis laruis: quibuſlibet eorum iuramentis ſolenne illud, ſacrũque Dei iuſiurandum oppono, quo ſe teſtatur æternum fore gloriæ ſuæ vindicem, neque paſſurum vt aliò vnquam transferatur, Eſa. 48. b. 11. Alterum item, quo ſacerdotium Filij ſui ſanciuit,

Pſal.110.b.4. Item aliud, quo fœdus gratiæ ſuæ cum Dauide & tota Eccleſia pepigit, Pſal. 89. a.4, & 123.a.2. Item quo fideles recipit ea lege in gratiam, vt ſemper illis ſit propitius, Eſa.54. c.7.d.10, & 62.a.4.c.8. Prodeũt terrigenæ gigãtes audacia, vera autẽ æſtimatione laruæ hominum: adorationem, fiduciam, inuocationem, & quicquid eſt diuini cultus, tanquam ſpolia Deo erepta, ad mortuos, ad lapidea ſimulachra ad ſomnia vel nihili figmenta trãſſerunt: abdicant Chriſto ſacerdotij honorẽ, vt ſe in eius locum ſubſtituant: gratuitũ Dei fœdus cogunt operum meritis cedere: promiſſiones, in quibus fundata erat hominũ ſalus, vel ſuffocant, vel euertunt. Denique per eos non ſtat quominus Deũ extincta eius veritate, ex ſolio ſuo deturbent. Quid valere debeãt ſanctiones, quibus inter ſe in omnẽ perfidiam conſpirãt, dicere nihil attinet: Lectoribus enim promptum erit, iudicium facere. Deus in Lege publicanda, terram & aerem concuſſit. Quò auguſtior eſſet Euangelij maieſtas, è cælo detonuit, vt Apoſtolꝰ admonet, Heb.12.g.26. Denique quicquid reuerẽtiæ à nobis iure ſuo poſtulat, verbo ſuo iubet

deferri. Clamat aſsiduè è ſummo ſuo tribunali, ſimpliciter acquieſcendum eſſe Scripturæ: ſine controuerſia recipiendũ eſſe quicquid illic præcipit. Quidquam addere vel minuere ex ſenſu humano, nefas eſſe pronuntiat. Inſurgunt vertiginoſi iſti Spiritus, nec ſententias modo dilucidis Scripturæ teſtimonijs probatas, inſulſis ſuis commentis obruere audent, ſed ipſis Scripturæ verbis petulanter ſubinde obſtrepere, imò pro ſua vecordia damnare quod ex ſacroſanctis Dei oraculis ad verbũ trãſcriptum eſt. Et adhuc cum pellitis ſuis capiſtris euſque ſuperbient, vt ſimul ac verbum protulerint, ceſſura ſit doctrina, cuius authoritas ſanguine Filij Dei obſignata fuit? Adhuc regnum cælorum quod eſt Euangelij prædicatio, Chriſtique venerandum tribunal impetere audebunt, quod cæleſtes quoque Angeli ſuppliciter adorãt? Atqui non modo à facie Dei ſilere iubetur omnis caro, ſed Angelis anathema Paulus denuntiat, ſiquid in Euãgelij doctrina ab ipſis mutari contingeret. Quò progreſsi ſint licẽtiæ iſti ex Stygia palude ranunculi ad maledicendum Deo viuo, ex meis defenſionibus abunde perſpicuum

eſſe arbitror. Proijciant nunc, vt libuerit, ſuas ampullas, & ſua errorum, blaſphemiarum, hæreſeon tonitrua in caput meum vibrando, ſanæ pietatis doctrinæ inſultẽt: ego interea vno Pauli fulmine, quo rectà feriuntur, contentus ero, Quiſquis non diligit Dominum Ieſum, ſit anathema, Maranatha. Amen, amen.

LOCI SCRIPTVRAE IN HAC reſponſione explicati.

Poſterioribus numeris aut pr, præpoſuimus, vt in prioribus articulis haberi ſignificaremus: aut po, vt in poſterioribus.

Gene.6.b.5.po.41.71
Gene.37.g.35.po.1.
48.c.16.po.68.
Leuit.17.a.1.pr.28.
21.a.1.pr.34.
Num.15.d.39.po.72.
Deut.4.a.2.pr.27.
4.c.15.23.pr.15.
5.a.6.pr.21.
6.c.13.po.57.
7.a 15.pr.18.
8.a.1.pr.15.
8.d.18.pr.35.
9.a.4.pr.2.
11.d.26.pr.36.
12.a.6.po.73.
13.a.4.po.79.
15.a.4.pr.38.
15.a.4.pr.39.
28.c.36.g.64.po.70
Ioſue 23.a.12.po.58.
24.a.2.po.69.
2.Sam.7.a.7.pr.6.
1.Reg.11.b.8.pr.37.
22.c.19.po.56.
2.Reg.2.b.11.pr.43.
2.Para.18.d.19.po.56.
20.c.12.po.58.
Iob 9.d.29.po.49.
26.a.2.po.53.
27.a.2.po.54.
28.b.13.pr.42.
30.a.1.po.55.
34.a.6.pr.7.
Pſal.6.b.6.po.42.
31.a.4.pr.10.
38.a.1.po.45.
40.c.13.po.47.
44.a.4.po.50.58.
47.b.10.pr.13.
49.a.6.pr.14.
49.c.15.pr.26.
50.a.1.pr.11.
62.b.10.pr.5.
65.a.3.pr.4.
67.5.pr.23.

72.c.13.po.46.
81.b.11.pr.16.
88.b.11.pr.20.
123.a.1.po.51.
Prouer.10.c.16.po.62.
16.d.27, & 16. a. 6. po.80.
Cantic.3.a.2.pr.25.
Eccleſ[a] 4.a.4.po.60.
Eccleſi[d] 11.b.14.po.86
Eſa.43.d.26.pr.3.
63.d.16.pr.15.
66.a.1.pr.32.
66.g.21.pr.31.
66.g.33.pr.33.
Ierem.7.a.1.pr.22.
10.e.23.po.66.
Baruch 2.b.5.pr.12.
Ezech.1.e.20.pr.24.
14.a.4.po.56.
36.e.22 pr.40.
Zachar.7.b.5.po.64.
Matth.5.e.34.po.65.
6.a.1.po.61.
7.b.11.po.71.
16.d.27.po.81.
19.a.3.po.2.
22.c.12.pr.8.
23.a.9.po.78.
26.c.28.po.43.
18.c.17.po.1.
Mar.10.a.2.po.78.
Luc.2.c.21.po.67.
2.e.34.po.3.
6.e.37.po.4.
6.e.37.po.5.
9.g.59.po.6.
11.b.13.po.71.
11.f.41.po.7.
22.b.10.po.44.
Iohan.3.b.13.po.9.
3.d.36.po.8.
5.d.20.po.10.
15.a.6.po.63.
Act.1.d.26.po.11.
2.d.27.po.12.
8.f.33.po.13.
10.d.26.po.14.
19.a.5.po.15.
28.g.27.po.16.
Rom.1.b.17.po.17.
3.c.20.po.18.
4.a.6.po.19.
4.d.25.po.20.
6.c.15.po.21.
10.b.9.po.22.
14.a.6.po.23.
14.b.6.po.77.
14.d.22.po.24.
1.Corint.3.c.12.po.25.

10.d.16.po.26.
11.d.18.po.44.
11.d.20.po.27.
11.e.25.po.28.
11.f.29.po.29.
12.a.6.po.30.
2.Corint.3.b.5.po.74.
11.a.4.5.po.31.32.
Coloſ.2.c.15.pr.41.
1.Timoth.4.a.3.pr.44.
4.d.14.po.33.
5.b.11.po.34.
1.Theſ.4.c.13.po.52.
2.Theſ.3.b.6.po.59.
Ad Tit.1.d.15.pr.45.
& po.35.
Heb.6.a.4.po.36.
9.d. 14. & 10. c. 14.
po.75.
10.a.5.pr.29.
10.c.12.pr.30.
10.e.26.po.76.
13.b.9.pr.46.
Iacob.2.b.17.pr.9.
2.d.21.po.37.
5.d.16.po.38.
Apoc.14.d.19.pr.39.
14.d.20.po.40.

INDEX RERVM QVAE IN HAC REſponſione ſerio tractantur. Numerus eſt,articulorum: quibus pr præpoſitum, ſignificat priores articulos: po verò,poſteriores.

DE adoratione. pr.21. po. 14.58.
De angelis.po. 68.
De animæ immortalitate. pr.
De libero arbitrio. po. 53. 66.82.
De baptiſmo.po.15.
De ceremoniis.pr.22.
De cœlibatu & continentia. po.34.99. 100.
De ciborum delectu.pr. 41. 44.45.46.po.35,& fol.231.
De Cœna Domini.po.27.28. 29.43.44.& fol.225.
De confeſſione.pr.10.12.po. 38.42.43.& folio 229.
De cõſcientiæ Chriſti terrore.po.46.48.
De cultu Dei externo.pr. 22.
Deum non eſſe authorẽ mali.po.56.86.
De delectu dierum. pr. 41. po.23.24.77.103.& fol.231.
De diuortio.po.2.
De doctrinæ probatione,penes quos.pr.24.po.1.
Eccleſiæ authoritas.po. 1.
De electione po.97.
De Euangelio.fol. 242.

De excæcatione.po.96.
De fide. pr. 8.9.po.8.1. 63.81. & fol. 244.
De fiducia in Deũ. pr. 5. 14. 16.42..58.79.
De gratuita retributione. po.50.
Homo natura malus. po. 71. 73.74.
De ieiunio,po.64. 95.
De idololatria.po.79.
De imaginibus.pr.18. 19. po.69.& fol.240.
De impoſitiõe manuũ.po.33.
De inferno.pr.1.po. 12.
De iuramento.po.65.
De iuſtificatione. po. 18. 19. 20.37. 49,& folio 233.
De labore manuũ.po.59. 60.
De lege.po.18.21.
De litibus.po.92.
De maledictione.po.59.
De matrimonio. po.107.
De mendicitate.pr.38.39.
De mercede.po. 84.
De meritis.pr.2.3.40. po. 53. 89.
De miniſtris Eccleſiæ.po. 1. 101.105.106.
De miraculis.po.98.
De mortuis.pr.20.34. po. 52.
De operibus.pr.40.po.18.30. 50.61.63.81.90.& fol. 236.
De oratione.pr.4.
De honore parentum.po.78.
De pauperibus.pr.38. 39.
De præſidiis humanis.pr. 5. 13.po.53.58.
De prædeſtinatione. po. 97.
Prædicatio.po.101.105.106.
Primatus Petri.po.32.
Quomodo Permittere dicatur Deus.po.56.70.
De promiſſionibus Dei. po. 102.
De purgatorio.po.25.76.
Refugium noſtrũ Chriſtus. pr.51.
De remiſſione peccatorum. pr.10.23.po.80.
De reprobis. po.96.104.
De reſipiſcentia. po. 36. 49.
De ſacerdotio Chriſtiano. pr.31.
De ſacramentis.pr.12.
De ſacrificio Chriſti, & ſacrificio Miſſæ.pr.28.29.30. po.75.76.
De ſacrificiis Legis.pr.11.29.
Salus noſtra,Deus.po.68.89.
De Sanctis. pr. 13. 15. 17. po. 14.51.57.58.68.79.98,&fol. 240.
De ſatiſfactione. pr.30.
De ſinu Abrahæ.pr.43.
De templis.pr.32.33.
De timore. fol.244.
De traditionibus humanis. pr.41,& fol.238.
De verbo Dei.pr.6.27.po.32. 33.101.
Vires humanæ. pr. 5. 12. 35. 40.po.58.82.83.88.
Vita æterna.pr.42.

XXIII. IVNII.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE